

Zu der

am 4. November 1888 Mittags 12 Uhr

stattfindenden

## feierlichen Einführung

des

# neuen Rectors der Universität

lädet ein

der zeitige Rector

**Ferdinand Justi,**

Doctor der Philosophie, Professor der vergleichenden Grammatik und der germanischen Philologie.

---

Inhalt: Catalogi studiosorum Marpurgensium cum brevibus annalibus coniuncti fasciculus  
decimus quintus annos ab 1629 ad usque 1636 complectens.

---

MARBURG.

C. L. Pfeil'sche Universitäts-Buchdruckerei.

1888.

Studiosorum Academiae Marpurgensis catalogi partes quattuor ex codicibus tribus Marpurgi asservatis in publicum edidit C. I. Caesar vir venerandae memoriae in programmatiis quattuordecim, quae annis huini sacculi ab 1872 ad 1886 ad natalicia amplissimi regis et imperatoris celebranda huc in urbe prodierunt. Particulam novam et paene ultimam hanc qua deficiencia supplentur, Caesari quidem non ignotam, sed quae in codice alio eoque Gissensi latuerat \*), ex eo codice suadente Varrentrappio collega, adiuvante Koennecko archivi praefecto diligenter transcripsit is, cui mandatum est, W. Falckenheinerus phil. doctor. Id supplementum sane haud spernendum, ut ne truncus esset scnis optimi optima opera, iam et ipsum quoque hoc loco in vulgus emittendum nobis esse visum est. Ipsam autem editionis curam omnem fere idem quem dixi doctus iuvenis suscepit.

---

Catalogi studiosorum Marpurgensium cum brevibus annalibus coniuncti fasciculo decimo quinto ea, quae inde ab anno 1629 usque ad annum 1636 huic Academiae acciderunt, perscripta continentur praeter res anno 1635 gestas, cuius anni nihil nisi Rectoris et Decanorum nomina enotata invenerimus. Quod vero iam anno 1628 universitas ad Ludovicum Darmstadinum demandata est propter discidia ex hereditate Marpurgensi inter Philippi Magnanimi nepotes exorta, inde factum est, ut album nostrum, quod quartum dicitur, etiamnunc Gissae asservetur (in bibliotheca academica sub no. 31. mss.) Folia albi sunt 175, eorum vacua 110. Quae ibi leguntur ea plena exprimenda curavimus, nisi quod quam in primo et in extremo folio codex inscriptam exhibet enumerationem Rectorum et gymnasii Gissensis annorum 1605 et 1606 et academiae Gissensis

---

\*) Cf. catalogi particulare decimae quartae (ed. a. 1886) p. 34.

conditae a. 1607 omnium qui fuerunt usque ad annum 1769 omnino praetermittendam esse putavimus.

In edendo albo eandem fere quam v. c. Iulius Caesar p. m. secuti sumus rationem. Comprehenditur hoc volumine temporis spatiū septuennē, nomina autem studiosorum collecta leguntur 495, quibus accedunt paedagogicorum 310. Nos numeros ante studiosorum nomina scriptos praetermisimus, praetermisimus etiam nomina ipsa paedagogicorum, quae paedagogiarcha Rectori inferenda tradebat; primum enim ista nomina postmodo in gymnasii Marpurgensis scholari programmāe scholarchus edenda occupavit ibique, qui volet inveniet, deinde vero eadem etiam in plenis illis indicibus nominum continebuntur, quos ipsi ad totum hunc catalogum per varia programmata dispersum confecturi sumus.

Ad ea quae annales nostri de rebus tradunt in Hassia tum gestis, cum bellum illud tristissimum tricenarium patriam devastaret, quidquam afferre noluimus, quippe quae res ab huius aetatis scriptoribus abunde expositae sint. Non pauca vero hisce in paginis sciti curiosique lectores ipsi comperient, quae ad mores proprios saeculi XVII. pernoscentes illustrandumque doctum eius aevi ingenium plurimum valere videantur, id quod eo acrius monemus, quia illa Acta universitatis, quae rerum talium copiam multo uberiorem obtulerant quaeque in ipso hoc quem edimus catalogo identidem adlegendur (cf. pag. 3 seqq.), obliuione obruta et frustra anquisita sunt ac deperiisse videntur.

Quia codex noster descriptus est ex ipsis schedulis Rectorum (cf. quae leguntur fol. 30 a), erit fortasse, qui sperari posse existumet fore, ut reliqua autographa a singulis Rectoribus a. 1635 et 1637 seqq. conscripta aut Gissae aut Cassellis in lucem protrahantur. Quam spem exiguum dicimus et quasi umbram spei. Si tamen eveniet, ea simul cum albo et annalibus Academiae Cassellanae, quorum illud quidem in huius Academiac tabulario, hi vero in archivio regio servantur, propediem edenda curabimus.

(*Volumen quartum.*)

Fol. 1. a.

DEO TER OPTIMO MAXIMO ANNUENTE ET DIRIGENTE,  
Anno a nato Ιησού Χριστῷ, IESU CHRISTO, Domino et Salvatore nostro unico,  
1629.

Votis et suffragiis Dnu. Professorum, Theologorum, Iureconsultorum, Medicorum  
et Philosophorum Rector electus et renunciatius fuit:

IUSTUS FEWRBORNUS, S. THEOLOGiae Doct., Professor, et in Templo oppi-  
dano Marpurgensi divini verbi praeco.

Decani, in Theologica Facultate Dn. D. Iohannes Steuberus, S. Theol. Profess.  
Stipendiariorum Ephorus, et in AEde Teutonica Pastor, (qui ob Lustam Fewrbornium,  
in Rectorem electum, nec Decanatu simul fungi commode valentem, Decanus hoc et  
anno permansit) in Facultate Iuridica Du. D. Antonius Nesenna, Pandectarum Professor,  
et Consiliarius Hassiacus spectatissimus; in Medica Du. D. Iohannes Kempfius, Medi-  
cinae Professor, et denique in Facultate Philosophica Dn. M. Iohan-Henricus Tonsor,  
Physicae Professor et Paedagogiarcha, electi fuerunt.

Quia Deus, ceu iustus judex, dysenteria et peste nos hic inviserat, famaque tam  
ficti pravique tenax, quam nuncia veri, horum morborum gravitatem plus iusto passim  
divulgaverat et exaggeraverat, multosque, huc venturos, absterruerat, ideo hi pauci  
tantum studiosi sua nomina Albo Academico inseri petierunt.

Antonius Güntherus a Rüdigkheim in  
Rückingen. 8. Ian.

Iohannes Ludovicus Mollerus Kittinga-  
Francus. 13. Ian.

Fol. 1. b. Dn. Baro Sigismundus a Burglauē et  
Stolz, Dominus in Gönßporff et Peters-  
wiß etc. 12. Febr.

Ioachimus Hammermeister, Schwivelbeinen-  
sis Neomarchicus, huius Baronis Ma-  
gister Aulicus. 12. Febr.

Valentinus Ebertus Francofurtanus Mar-  
chiorus. 12. Febr.

Samuel Meck, Francostina-Silesius. 12.  
Febr.

M. Iohannes Riem, Nurnbergensis. 13.  
Febr.

Couradus Kleinius, Francofurtensis, Medio-  
Candidatus. 16. Febr.

Christopf a Kreckewitz } frater Silesii. 16. Febr.  
Sigismund a Kreckewitz }

Nicolaus ab Hauffwitz, Silesius. 16. Febr.

Iohann Jacobus Jöbell Wimpfenensis. 9.

Martii.

Tobias Colbinus Sibalebcensis, ex pago prope  
Gotham. 16. Martii.

Mordianus Otto a Ganßlein. 20. Martii.

Franciscus Cubach Susatensis. 26. Martii.

Gerhardus Grever Aldenburgensis. 27.  
Martii.

Eilhardus Mencke Oldenburgensis. 27.  
Martii.

Eberhardus Gijch Bremensis. 27. Martii.

Nicolaus Bartels Bremensis. 27. Martii.

Adolphus Benedictus Marschalk Bremensis.  
27. Martii.

- Ioachimus Göderjen Hamburgensis. 27.  
Martii.
- Wilhelmus Beckmannus Rostochiensis. 5.  
Aprilis.
- Henrieus Sibrandus Rostochiensis. 5. April.
- Iohannes Georgius zur Röden Wormatiensis. 7. Aprilis.
- Iohannes a Reck, Nobilis ex Dioecesi Monasterensi. 7. Aprilis.
- Iohannes Iacobus Ramm, Argentinensis. 8. Aprilis.
- Luderus Röper Bremensis. 11. Aprilis.
- Georgius Stoß, Essvecensis Hassus. 13.  
Aprilis.
- Franciscus Mincavius Cassellanus. 13.  
Aprilis.
- Thomas Meiburgius Susatensis. 17. Aprilis.
- Iohannes Carnemus Susatensis. 17. Aprilis.
- Levinus ab Hanstein Bornhagensis. 18.  
Aprilis.
- Iohannes Ewaldus Sylvius Usingensis.  
23. Aprilis.
- Iohannes Daniel Häbentreger Wildungensis.  
28. Aprilis.
- Iohannes Jitneman Wildangensis. 1. Maii.
- Iodocus Wilhelmus Krugius, Blanckensteinensis. 4. Maii.
- Antonius Itternus, Langensis Hassus. 4.  
Maii.
- Fol. 2 a. Philippus Kloße, Wormatiensis. 11. Maii.
- Petrus Lunge, Wormatiensis. 11. Maii.
- Simon Ruhm, Michelstadiensis. 11. Maii.
- Iohannes Julianus Stein, Wormatiensis.  
13. Maii.
- Daniel Petten Röver, Wormatiensis. 13.  
Maii.
- Iustus Bielstein, Martismontanus. 16. Maii.
- Georgius Herdingf de Plattenberg, Westphalus. 23. Maii.
- Degenhartus Ioachimus Happen, Bürena-Westphalus. 23. Maii.
- Iustus Tripstein, Neichen-Saxoniensis. 28.  
Maii.
- Hennicus Georgens, Luneburgensis. 1.  
Junii.
- Iohannes Rose, Arnstattensis. 20. Junii.
- M. Georgius Casparus Lanius, Melbaceensis  
Wetteravius. 22. Junii.
- Hieronymus Mand, Norinbergensis. 23.  
Junii.
- Ludolphus a Stüdenberg, Oldendorpiensis  
Schaumburg. 29. Junii.
- Iacobus Voleus, Micro Almerodensis-Hassus. 30. Junii.
- Eberhardus Baringius Brunsvicensis. 8.  
Sept.
- Iohannes Georgius Phisterus Robenburg.  
15. Sept.
- Iacobus Macvius, Bretta-Palatinus. 23.  
Sept.
- Iodoces Bernhardus Glan, Ievera-Frisius.  
25. Sept.
- Iohannes Gothofredus Artus, Maeno-Francofurtensis. 28. Sept.
- Iohannes Reinhardus Witt, Argentinensis.  
28. Sept.
- M. Iohannes Daniel Rauch, Maiore-Carbensis Wetteravius. 1. Oct.
- Antonius Lansius, Binstadensis Wetteravius. 7. Oct.
- Felix Schaller, Nurnbergensis. 10. Oct.
- Iustus Eckhardus, Alsfeldianus. 13. Oct.
- Daniel Schleicher Saltzungensis. 18. Oct.
- Johannes Morhart Saltzungensis. 20. Oct.
- Benedictus Schröber Saltzungensis. 21. Oct.
- Hermannus Kräf, Mindensis. 21. Oct.
- Iohannes Grymmeus, Susatensis. 26. Oct.
- Iohannes Schaevenius, Marsbergensis  
Westph. 26. Oct.
- Nicolaus Wichmannus, Arsburgo-Livonus.  
4. Nov.
- Hermanus a lossa, Smalcaldensis. 4. Nov.

Adamus a Iossa, Dittorffensis. 4. Nov.  
Iohannes-Philippus Tilmannus, Nassovio-  
Idsteinianus. 7. Nov.

Anthonius Wilhelmus Birbung, Kittinga-  
Francus. 17. Nov.  
Ignatius Ludovicus Marpurgensis Hassus.  
31. Dec.

Paedagogici sequentes, quos Dn. M. Iohan-Henricus Tousor, Paedagogiarcha, fol. 2.b.  
Rectori inscribendis stitit, praevia ad pietatem et diligentiam admonitione, eiusque sti-  
pulata manu ab ipsis data promissione, die 22. Decemb. inscripti sunt.

*Inscripti sunt quinquaginta quinque.*

Fol. 3.a.

Summa publicorum Studiosorum et Paedagogicorum iunetim — 129.

### 1. Gesta ἀξιωματούσεντα in Academia.

5. Ianuarii inter Clariss. virum Dn. Doct. Iustum Sinoldu, cognomento Schügen, Iuris Professorem, et spectatiss. Virum Dn. Michaelim Stoefnu, consulem, duos vicinos, de aedificiorum suorum ratione contendentes, amicabiliiter sicut transactum, abolitis fol. 3.b. Actis, quae hinc inde enata fuerant; Compositionis autem Formula ab utraque parte et exhibitis arbitris et testibus, est subscriptione et Sigillatione confirmata, et parti utriusque tradita.
19. Ianuarii Consistorialiter conclusum est, quod contributionem, per 20. Annos ex communi Statuum Hassiacorum Decreto continuandum, fideliter velimus praestare, et quot annis in festo purificationis Mariae, et insuper die 5. Bartholomei, de 100. florenis 10. albos certo exponere. Contributio autem de Bonis Academicis minor impetrari, quamvis demisse petierimus, nequivit. Et acquiescere visum fuit; quia hactenus de 60,000 florenis, quos Illustriss. et celsiss. Princeps et Dominus, Dominus Ludovicus Hassiae Landgravus, Sanctissimae recordationis, Clementissime nobis doceavit, nulla contributio exigatur. Eodem die Consistorialiter conclusum fuit, ut Rector in Aula peteret, ne pensionarii et Debitores ulterius adigerentur ad 12 obolos pro quolibet albo exponendos. Quod et tandem factum impetratum.
20. et 27. Ianuar. et 5. Febr. quibusdam iurisdictioni Academicae subiectis ex gravibus causis Summa contributionis annuae fuit quidem aliquantulum diminuta, ast Ratificationi Illustrissimi et Celsissimi nostri Principis et Domini, Domini Georgii, Hassiae Landgravii res tota fuit reservata. Vide Designationem Actorum Rectorium in Archivo Academico, class. 4. numero 34.
29. Ianuarii Consistorialiter perlegimus Illustriss. nostri Principis literas, qibus Celsitudo ipsius inserat, ut Systema legum Academicarum ex nostris, aliisrumque Academicarum, Statutis industrie collectum, ordineque digestum et a multis praecellaris viiris revisum, diligenter perlegeremus, totaque Academia, singuleque Facultates fol. 4. s. sua Saluberrima Monita comportarent et conscripta exhiberent. Proptereaque die 5. 6. 10. et 14. Februarii Consistorialiter istud Systema perlegimus, deque aliquot punctis humiliter monuimus, quac etiam pure descripta, subscriptione nostra die

1\*

20. Februario communivimus, et in Archivum Academicum, propter nostros Successores, reponi, proficuum esse indicavimus. Quae autem singulæ Facultates (excepta Iuridica Facultate, quae nihil sigillatim monuit) seorsum monuerunt, illa quidem pure descripta Illustrissimo nostro Principi sunt simul transmissa, ast Dn. Decani a Rectoro sua Autographa sibi restitui petierunt. Qua in re Rector ipsis annuit. Postea, nempe 26. Februarii Illustrissimus Princeps omnes et singulos Professores ad caenam clementissime invitavit. Ex aedibus itaque Rectoris ipsi in aulam, ubi Comoedia agebatur, cui ctiam illi intererant, sese contulerunt. Finita Comoedia, Rector iussus duobus Professoribus secum assumpsis, Dn. Cancellarii conclave adire, Dn. D. Hannium, Procancelarium, et Dn. D. Stenberum Ephorum secum assumpsit, et hypocaustam Dn. Cancellarii accessit. Ubi aliquot Illustrissimi Principis accepit literas, quibus ipsius Celsitudo omnibus et singulis Professoribus 50 florenos, valoris Cameralis, clementissime dederat, simulque nonnullis sua stipendia adauxerat. Evestigio Rector, pariformiter id iussus, una cum Dn. D. Hunnio, et Dn. D. Stenbero, sese contulit in Conclave Aulicum, quod olim Illustrissimæ Principis, p. m. instructissima Apotheca fuit, ubi a Dn. Proprincipe, Georgio Riedeselio in Eisenbach et Dn. Marschallo, Chunone Qvirino Schlißen ab Holzhausen, et Dn. Cancellario, D. Antonio Wolfio a Dodenwoldt, benigne excepti, ex verbis facunde disserentis Dn. Cancellarii animadverterunt, Illustrissimum nostrum Principem omnia, qvae Professores de Systemate Legum Academicarum ipsis transmisso, humilime admonuisserint, gratiosissime perceperisse: ipsisque Celsitudinem Principali Clementia] et singulari gratia sua Academiac semper et constanter addic tam fore. In cuius rei testimonium ipsius Celsitudo non solum insinuandas iusserit literas, Rectori iam tum exhibitas, in quibus 50. florenos singulis Professoribus benignissime donarit, et quibusdam Professoribus sua salario annua adauxerit, sed etiam insuper iam Poculum eximium inauratum, Insignibusque Principum Hassiac insculptis egregie exornatum, Academias clementer donet, nihil quoquam dubitans, qvin Professores in Dei honorem et in Academiae salutem, suumque ipsorum honorem et emolumentum, suum officium fideliter et graviter sint facturi. Rector pro his Principalibus Muneribus omnibus et singulis nomine Academiae humilimas egit gratias (quas et post Academia peculiari Epistola in Archivum reposita repetiit, Class. 2. num. 10.) promisitque debitam fidelitatem et sedulitatem: qvin et statim Professoribus hanc rem gestam recensuit, epistolæque Celsissimi Principis ipsis exhibuit.

Tandem Illustrissimus Princeps caenaturus, singulis Professoribus benignissime porrexit manum, et intra caenam ipsius, in salutem Academias, poculum inauratum, recens Academiae donatum, ex singulari gratia propinavit, variaque clementiae suaæ documenta ostendit.

Etsi vero haec mense Februario ita gesta sint, non tamen confessim, sed demum mense Novembri, eiusque die 15. Academia recepit Systema illud Legum Academicarum, pure descriptum, subscriptioneque Illustriss. Principis (ut et Dn. Cancellarii) ipsisque Celsitudinis maiori sigillo, in capsula appenso, communitum (videantur

Acta Academiae class. 1. num. 36). Quod pure descriptum Exemplar denuo perlegimus, et quae porro rescripsimus, ex literis nostris ad Illustriss. nostrum Principem proxime sequenti anno datis, patet.

Die 2. Febr. scripsimus ad Illustriss. Principem, submissoque petivimus, ut <sup>Fol. 5. a.</sup> hisce temporibus, ubi vinum maximo pretio, quod non omnes exponere queant, coēmendum sit, bona ex aliis oris cerevisia huc transvehetur: bonusque ordo, qvem, studiosi, Paedagogici Civesque in publicis conventibus observare debeant, consti-tueretur. videantur Acta Academica class. 2. num. 4. et 5. ubi Optimus princeps nostris Precibus clementer annuit.

24. Febr. nostro Illustrissimo Principi nostras ambas sylvas humiliiter obtulimus, qua de re videantur nostrae literae in Actis Academicis classe 2. num. 8. Illustriss. equidem clementer deliberare caepit, qvi Academiac pro istis sylvis optata quac-piam remuneratio fieri possit; ast conclusive nondum rescriptsit.

28. Febr. deliberatum fuit, num ad Illustriss. Principem, pro maiori vini cerevisiaeque annua copia, ab oneribus Accisi libera, qvam iam constitutum sit, literas supplices dare deberemus? Et consultum visum fuit, pro hoc tempore, qvo Princeps Celsissimus alias donis Professores benignissima exornasset, ab istis literis abstinere.

Eodem die Decretum est, Rector a Dn. Cancellario peteret, ut promovere dignaretur, qvo a Caesarea Maiestate haec Academia adipisceretur Comitatивam et ius creandi Notarios. Quod Rector fideliter expedivit, hooque responsum tulit, hanc rem, prout deccat, consideratum iri.

21. Febr. jussit Illustrissimus Princeps, ut Qvaestor Giessensis illa Collegii laquearia, ubi frumentum Academicum hactenus repositum fuit, Praefecto nostro restitueret: ad qvem simul Illustrissimus Princeps propterea scripsit. videantur Acta Academica class. 4. num. 27.

6. Martii, conclusum fuit, procurandum esse, ut Testamentum Linsingianum a Notario <sup>Fol. 5. b.</sup> iurato descriptum acciperemus. Quod etiam ad manus nostras ita accepimus, et deprehendimus, in illo nullam Legati Academicī (qvippe qvod oretenus tantum institutum fuerat) factam esse mentionem. Qvarc 7. Martii Rector vocandum ad sese euravit Henrichū Laurent, aedes Nobilissimi Ludovici a Linsingen, hic inhabitantem, eui, in praesentia Dn. D. Iohannis Kempfii, et Dn. M. Theodori Vietoris signi-ficavit, Academiam velle cum ipsis Nobili de qvopiam Legato tractare: proinde-que cupere, ut hoc Academiac institutum suo isti Nobili retegeret, adventumque ipsius, qvam primum iste obtingat, Academiac aperiret. Quod ipse in scse recepit. Cum autem Nobilis ille ad Illustriss. nostrum Principem hac de re post perscrip-sisset, amicabilis tandem facta est Compositio, de qua videri queunt literae, in Archivo Academicō, class. 1. num. 41. et class. 2. num. 28.

15. Martii stili veteris Academia oblegavit Dn. D. Iohannem Breidenbachium ad con-ventum in urbe Treisa Zigenhaina institutum, ubi Praelati, Nobiles et reliqui congregati consultarunt de persolvendo aere alieno, sub Regimine Illustrissimi Prin-

cipis Mauritii, Hassiae Landgravii, contracto etc. videatur Relatio Dn. D. Breidenbachii class. 4. n. 25.

24. Martii. Decretum fuit, ut Academia neminem ad Examen Scholae oppidanæ transmittenet, usquedum leges publicatae et confirmatae, nobis essent restitutæ.

25. Martii. testimonium amicabilis transactionis inter Generosum Baronem Dn. Sigismundum, Liberum Baronem a Borckhausen etc. et Ernestum Ericum Hillebrandum, Cellensem, institutæ, sub minori Aca | demiae Sigillo, praedicto Dn. Baronis Magistro Aulico, qui id operose expetiit, exhibitum est. Paenam tamen Hillebrando huic, pro merito infligendam, Academia sibi reservavit, et post infixit, prout deinceps narrabitur.

Fol. 6.a.  
26. Martii (ut et deinceps die 2. aprilis Dn. D. Nicolaus Utzum petiit, ut vidna D. Petri Nigidii p. m. iuberetur virum aliquem Supputationi Hermanni Ulneri, quippe quas etiam ipsius maritum, pie defunctum, concerneret, adiungere. Quod etiam per Pedellum expedit Rector. Videantur literæ Class. 4. num. 2.

Eodem dic Cancillaria a Rectore petiit, mandaret D. Crucigeri ancillæ, Elisabethæ, ut ea die proximo Lunæ, qvi erat 30. Martii, in aedes D. Helfrici Gerlaci veniret, ibique in causa Dn. Consulis Michaelis Stoefen contra Henricum Eltern, atque eius coniugem, Annam, testimonium perhiberet. Rector, praevio Dn. Professorum, quos die 27. Martii propterea consuluerat, consensu, ancillæ isti per Pedellum id imperavit.

7. Aprilis Dn. D. Georgius Herdenius, Superintendens Marpurgensis, Rectori misit Illustrissimi Principia literas, in quibus ipsius Celsitudo clementer consensit, ut Academia in templo Cathedrali circa primum Altare, ubi S. caena dispensatur, aliquam contignationem reficiendam curaret, veruntamen aliquanto altius, quam ea ante 20 annos fuit, ne prospectui noviter erecti altaris officaret. Qvod, qvia Academia pro hoc tempore multos impendere sumptus haud valet, hactenus effectui datum non est.

13. Aprilis conclusam fuit, supputationem annuam, et ab Illustrissimo Principe ad illam datam Resolutionem, praesente Dn. Pro Rectore, M. Tonsore, ante instantem calculationem, mature esse percurrentam.

Fol. 6.b.  
| Quod et factum est.

Eodem die Decretum fuit, mandatum Illustrissimi de rebus et supollectilibus Academicis Gissensibus huc transvehendis, qvaestori Gissensi esse insinuandum, ut salione peracta, Rustici illi mandato satisfacerent. Qvod et post praestitum est. Videantur literæ Principis class. 1. num. 5.

22. Aprilis Doctoribus et reliquis, Academicæ Iurisdictioni subiectis (exceptis Dn. Professoribus, quos Illustriss. Princeps co onere clementer levavat) in consistorio, ex mandato Illustrissimi indicatum fuit, ut instanti die Mercurii hora 12. in Consistorio de centenis floreis duos capitulos persolverant. Illi ergo petierunt dilationem (praetendentes, se ad Illustrissimum supplices propterea transmittere velle literas). Qvae ipsis quidem fuit concessa ast admonitio hæc superaddita, ut, qvia Illustriss. solutionem hanc maturari iussit, suum ipsi institutum maturarent. Tandem (qvia talis cunctatio intervenerat) 10. Ianii Rectori obtulerunt literas supplices, in quibus

petierunt non solum mandati Principalis ~~etiam~~, verum etiam intercessionem apud Illustrissimum. Quarum illa ipsis obtigit; haec vero ex gravibus causis intermissa fuit. Videantur Acta class. 4. num. 6. et. 7.

1. Maii fuit annua computatio Academica incepta, et post finita.
29. Maii Rever. et Clarissimus Vir, Dn. D. Meno Hannekenius, S. Theol. et linguae Hebreac Profess. insignem orationem de omnipraesentia Iesu Christi, in memoriam huius fundatae Academiae habuit. Videatur programma class. 5. n. 36.

| Eodem die, habita ista oratione, Rector significantum curavit Amplissimo Di- Fol. 7.a.  
casterii Marpurgensis Dn. Vicecancellario, D. Reinkingio necesse esse, ut nonnulli cives, ipsorumque uxores coram Rectori testimonium dicerent de tumultu, coram diversorio ad Lilium, quod vocant, nuper exorto: Rectorem proinde petere, ut testibus illis, quos nominatim proferre vellet, mandaret, quo ad Rectorem venirent; sicuti Academia, id rogata, Academicos cives in negotio testimonii perhibendi inberet Cancellariam accedere. Dn. Cancellarius, quamvis Academiae fautor insignis, respondit, sese hac de re cum suis Dn. Collegis deliberaturum; quo facto, Rectori per Pedellum respondit, sibi dictum, esse veterem observantiam et stilum, ut Praetor oppidanus, interrogatoria ab Academia adeptus, Civis et reliquos, Cancellariae subiectos, examinaret, ipsorumque attestations Academiae communicaret. Quod dum Rector Dn. Professoribus apernit, responderunt ii, se quidem parem benevolentiam de Cancellaria sibi pollicitos esse: quia tamen reciproca illa testium requisitorum copia pariter obtineri nequeritur, deliberandum esse, num et Academia imposterum sese pariter gerere deberet. Interim consultum visum fuit, ut Rector ad maturandum negotium, interrogatoria Dno. Praetori urbano transmitteret, et examen testium ab eodem peteret. Quod ille libenter etiam praestitit, et testium responsa Rectori exhibuit.

Eodem die conclusum fuit, ut, qvoniام Illustrissimus Princeps Recessum Ru-  
dolfi Wilhelmi Stammii, Oeconomi Gissensis, nobis clementissime donarit, ille iu-  
beretur, omnia illa restantia debita propriis Creditorum Scriptis, vel a Magistratu  
consignatis testimoniis liquido demonstrare: Sicut is et postea id aliquoties, tandem-  
que et praeterea iussus fuit, universa ista debita a Creditoribus exigere, et Aca-  
demiae persolvere: | Siquidem de istis annis, de quibus ista debita restent, ille suum Fol. 7.b.  
stipendum nactus sit.

Eodem die Rector indicavit Da. Professoribus, quod in sedibus suis, quas Dn.  
Praetor oppidanus rogatus accessisset, praesente Dn. Praetore, aliquod studiosos et  
Civium filios, qui de sessione sua in templo contendebant, ita composuerit, ut illi  
Rectori, et hi Praetori sancte promiserint, se nullas amplius turbas esse datus, sed  
transquille victuros. Quin et Praetor civium filiis gravissimam paenam fuit  
minatus, si illas templi sellas et loca, quae studiosis pro more veteri debeatantur,  
denouo sint occupaturi.

15. Iunii Coloneram Calerenium litigia fuit decisa. Videantur Acta class. 5. num. 10.
17. Eiusdem aliquot studiosi, qui a junioribus symposium exegerant, ad refusionem sumptuum, quos et Rector iis, quorum interest, reddidit, fuerunt condemnati, et

gravius etiam fuissent puniti, nisi intervenientes circumstantiae aliquam mitigationem postulassent.

Die eodem de hospitibus, ad Rectorale prandium invitandis fuit actum. Ubi licet primo de certo hospitum numero determinando et arte tenendo fuerit disseratum: nihilominus tamen post fuit conclusum, quod Rector Bonum publicum studiosae respicere amicitiamque inter Cancellariam et Academiam etc. pro omni parte virili illasem conservare, et eos pro sua dexteritate invitandi *δέοσίας* habere debat, quos curae operaeque pretium sit, honestasque svadeat invitari, refectis tamen superfluis sumptibus.

- Fol. 8. a.
22. Iunii Civis Graubergensis, dictus Seip Erbe, | M. Wigando Rühl, praefecto Grunbergensi, partem aliquam prati sui, ad Hacredes Waltheri Happels sitam, sponte et ultro concessit, ita tamen, ut partem pensionis annuae, quantam ipsa acquitas ipso imponeret, ipse etiam Praefectus imposterum persolveret. Quod ille in se recepit.
  29. Iunii consistorialiter per plura vota decretum est, ut per literas ab Illustrissimo nostro principe humilime peteremus, ne hac vice ipsius Celsitudinis Edictum, sed tantum Academiac Programma, de aedium oppugnatoribus, fenestrarum perforatoribus, iuniorum studiosorum vexatoribus etc. severe puniendis, publice affigeretur. Cui Academiae petitioni Illustriss. Princeps clementissime annuit. Videantur literae class. 1. num. 13. et 16. et class. 2. num. 12. et 13.
  1. Iulii Rector Lectioni Academicarum Legum praemisit de hominis conscientia, quam leges humanae, divino verbo conformes, obligent, orationem, qua finita, Notarius Leges ipsas, noviter promulgatas, studiosis, per publicum programma invitatis, distincte praeclegit. Videatur programma. class. 4. num. 36.
  14. Iulii his inter Clausen Holzmüllern et Johansen Höffenn est composita, et per sortem finita. Videantur Academica Acta class. 5. num. 7. Eodem die conclusum fuit, quod Rector (quem Magister Iusoriae pilae, sphaeristerio praefectus, accusaverat, eo quod tantam pecuniae summam, quantam ille precise volebat, a iuniore quopiam studio Nobili, in ipsius gratiam extorquere noluerat). Illustrissimo Principi deberet circumstantialiter rescribere, simulque petere, ut ipsius Illustrissima Celsitudo per Dn. Proprietatem et Du. Vicecancellarium | Dicasterii Marburgensis, praesente Rectore et Vice Cancellario Academico, Sphaeristerii Praefectum graviter admoneri inberet, ne ipse iuniores studiosos, insociis ipsorum Informatoribus, et iis, quibus commendati sunt, ad pilae ludum, per quem in ingentes devolvantur expensas, admitteret, neque ab eis, vel etiam aliis studiosis, plus iusto aequoque exigeret, sed acquitatem ubique et semper observaret: utque, quando iuniores studiosi sumum debitum ipsi non exolvunt, id ipsorum Inspectoribus statim indicaret. Illustrissimus Princeps huic petitioni clementer annuit, et per Proprietatem et Vice Cancellarium praedictum, praesente Rectore (Dn. enim Vicecancellarius Academicus vocatus, negotiis aliis impeditus, comparere nequivit) totum hoc negotium ita, prout dictum, expediri iussit. Videantur literae Class. 1. num. 14. et 21.
- Fol. 8. b.

29. Iulii ad Illustriss. de dysenteria et peste apud nos uspiam gliscere incipiente scripsimus. Deus autem misericors nobiscum ita benigne egit, ut hic permanere potuerimus, videantur Acta Class. 2. n. 14.

3. Augusti Consistorialiter praelectae fuerunt Illustrissimi nostri Principis literae, quibus viduae Doct. Chrs. Recessum sui generi M. Reinharti Happelii, Clementissime remisit. Class. 1. n. 20.

Eodem die Recognitiones et obligationes Academiae de mutua accepta pecunia, Fisci Provincialis Dn. Provisoribus datae, sunt praelectae et approbatae, et ex Consistoriali Decreto, per Rectorem Sigillo Academicō communite.

4. Septembr. Dicasterii Marpurgensis literae, quibus i Acta, item inter Nicolaum <sup>fol. 9.a.</sup> Hampelium et Henricum Heinen, Bibliopolam Corbacensem agitata, concernentia, ab Academia postulavit, fuerunt praelectae: et quia Hampelius ab Academiae decreto ad Illustrissimum nostrum Principem appellaverat et Cancellaria nomine Illustrissimi, qui appellationi Hampeliana clementer annuerat, Acta haec revisivit, conclusum unanimiter fuit, illa Acta, pars descripta, esse Cancellariae exhibenda. Qvod et factum est. Videatur Class. 3. num. 10.

Eodem die, sicut et aliis distinctis vicibus, de Mellificio Lampadiano, ab Hamperio excuso, solicito egimus et ad Illustrissimum scripsimus, responsaque distincta recepimus, de quibus videantur Acta Class. 1. num. 30. 34. et Class. 2. num 19. et 23. et Class. 3. num. 11. 12.

22. Septembr. Grünbergae, quo Academia Clariss. et Consultiss. Virum Dn. D. Johannem Breidenbachium, cum plena Instructione ablegarat, unanimiter a statibus Hassiacis conclusum est, duos Schreckenbergeros, unum festo nativitatis Christi anno 1629 alterum die Walpurg. anno 1630 persolvendum, contributum iri, ut Illustrissimus militem conscriberet, eoque propugnacula sua communiret. Videantur Acta Class. 4. num. 10. cum annexis literis et conclusis lit. A. B. C. D. et E. insignitis.

5. Octobr. perlegimus literas Dnn. Assessorum Dicasteri Marpurgensis, die VI. sept. ad nos datas, quibus nobis indicaverant, die 9. Octob. M. Happelii, et Iacobi Bonackerus causam in Cancellaria ventilatum iri, num forte nostrum Syndicum vel Oeconomum Examini Testium adiungere velimus, sicut literae Cancellariae class. 3. num. 13. uberiori testantur. Consultum itaque visum fuit, ut Rector Dn. Vice Cancellarium Dicasterii, data optata oc <sup>fol. 9.b.</sup> casione, compellaret, eique exponeret, ambos illos viros praedictos esse Academiac Iurisdictioni subiectos, utpote illum Magistratum, hunc autem Academiae praefectum: proptereaque innueret et urgeret, causam illam pertinere ad forum Academiae. Rector, Dn. Vice Cancellarium Dicasterii alloquens, ex verbis eius percepit, ipsum nescivisse, Happelium gradu Magisterii ornatum esse, et sic eum ad forum Academiae pertinere. Pro insigni itaque sua benevolentia statim dixit, longe a se abfuturum, ut Academiae iura laedere unquam velit. Proinde nos die 19. Octobr. et M. Happelium et Bonackerum ad consistorium vocavimus, eisque, prout promeriti fuerant, exprobavimus, quod in Cancellaria sic contenderent. Illi regesserunt, se id sub hoc intuitu fecisse, quod illi Dn. Consiliarii in nupera supputatione Academica fuerint Commissarii, ad quos huius

suae causae decisio pertineat. Respondimus ipsis, eos non esse perpetuos Commisarios, et M. Happelio hunc praefiximus terminum, ut intra hoc tempus et futurum mensem Februarium anno 1630 ex Camera Erfurtensi fide dignum testimonium nobis adferret, in quoniam valore pecuniam de anno 1622 accepisset: de anno autem 1623 coram Academia invicem transigerent. Qvod ipsi in aesece receperunt.

- Fol. 10. a.
7. Octobris convocavit ad se Rector utrumque Typographum, Nicolaum Hampeliam et Casparum Chmelinum, iisque in memoriam revocavit, qvod ipsis in Consistorio et in aedibus suis, praesentibus Dnn. Professoribus, aliquoties nomine Illustrissimi nostri Principis indexerit, ut omnino nihil prius imprimenteret, quam ab eius Facultatis Oceanorum res imprimenda pertineret, sufficienter esset | revisum et approbatum, et nova statuta, quae ipsis Rector antehac praelagerat, plane et industrie observarent. Illi stipulata manu, et subscriptione sua, in Protocollo obvia, hoc ipsum denuo polliciti fuerunt sanctissime.
  20. Novembr. Consistorialiter conclusum fuit, Illustriss. Principis literis omnino esse parendum, et templum nudipedum repurgandum: vide Class. 1. num. 37. sicut et Illustriss. Princeps ex singulari pietate commotus, Rectorem et D. Sigfridum Happelium commissarios suos benigne constituit, qui illius templi reparationem procurent.
  26. Novembr. conclusum est, Dn. D. Theodorum Höpingk Illustriss. Principi Henrico, Hassiac Landgravio, p. m. parentare debere.
  4. Decembr. praeclectae sunt Illustrissimi Principis literae, Dn. M. Conradi Matthiae extraordinariam professionem Critics concernentes: de quibus praedictus Magister certior factus, promisit, se proxime significaturum, quosnam authores et quanam methodo esset propositurus. Videantur Acta class. 1. num. 43.
- Eodem die conclusum est, mandato Illustrissimi Principis de Dnn. Professoribus depingendis esse parendum: sicut et optimus Princeps nobis praecepit, Clarissimo Poetae, Du. Eobano Hesso, Epitaphium aliquod esse extruendum. Videantur literae Principis class. 1. num. 8. 9.
9. Decembr. de eo egimus, quidnam Illustriss. Principi de supplicatione contra Genorossis. Dn. Comitem a Leiningen, Cameræ Imperiali Spirensi pro impetrando mandato sinc clausula, de solvendo | vel hypothecam dimittendo, insinuanda, rescribendum sit. Class. 1. num. 44. 45. et Class. 2. n. 27.
  16. Decembr. in Cancellaria, Rector ibi praesente, ad Mandatum Illustrissimi nostri Principis, Chirurgi stipulata manu, loco inramenti, sancte promiserunt, aesece, quoties vel ipsi, vel ipsorum famuli sauciatum studiosum sint curaturi, id statim Rectori significaturos; quin etiam si suspectae personae emplastra ab iis sint requisitare, diligenter aesece inquisituros, num forte vulnerata studiosia illa sint allata. Et si id rescriverint, id pariformiter Rectori aesece fideliter manifestatueros.
  24. Decembr. in consistorio conclusum est, qvod quia vi tituli 11. de personis Academicis, Advoçati et procuratores iurati, iurisdictioni Dicasterii Marpurgensis iam subiecti sint, illi non in Academia amplius, sed in Cancellaria suas contributiones exolvere deberent.
- Fol. 10. b.

31. Decembr. Ignatius Ludovicus Marpurgensis, scse inscribi, et aduersus senatum oppidanum, qui ipsi onera civica imponere attentavit, defendi petiit: quia etsi uxorem duxisset, nihilominus tamen nullum vitae genus, a Musis dissentiens, amplexus esset, sed lectiones adhuc visitaret, et promotionem ad functionem Ecclesiasticam expectaret. Conclusum est Cal. Ianuarii ante depositum Rectoratum, quia leges Academicae studiosos uxoratos Iurisdictioni nostrae non eximant, sed indefinite eos eidem subiiciant, quatenus et quandom actu discentes sint, ipsius petitioni locum relinquendum esse, Class. 4. num. 42.

## 2. GESTA ἀξιομνηστα EXTRA ACADEMIAM.

Fol. 11. a.

Quam plurima hoc anno, ubi bellici tumultus adhuc furunt, obtigerunt, e quibus haec libet adscribere.

Ferdinandus II. Romanorum Imperator Augustus, die 6. Martii huius anni Edictum publicavit, in quo ipsius Maiestas aperte sese declaravit, quod nonnisi veteres Catholici (ut vocantur) et invariatae Augustanae Confessionis, Carolo V. anno 1530 die 25. Iunii Augustae exhibitae, socii, sub pace Religionis contineri debeant, omnibus aliis Sectariis hinc exclusis: quodque ipsius Maiestas per deputatos Commissarios velit illos ArchiEpiscopatus, Episcopatus, Praeluturas, Monasteria, Hospitalia, aliasque Bona Ecclesiastica, quae qvidem Catholici tempore Transactionis Passaviensis, vel postea possederint, illegitime autem iis destituti faerint, ab iniustis Detentoribus reposcere, suisque genuinis possessoribus restituere etc. Refractariis etiam Caesareae Maiestas comminata est paenam fractae pacis religiosac et prophanae. Executio etiam huius Caesarei Edicti passim fieri coepit.

Dic 18. Iunii et seqq. ex Mandato Illustrissimi nostri Principis certi constituti Commissarii, vigore huius Edicti Caesarei in Cancellaria Nobiles et alios Calvinianos, quos vocarant, a Calvinismo, dehortati, et ad religionem Aug. Confessionis invariatae capessendam industrie hortati sunt, ne illi, secus agentes, et sibi et nobis damnum aliquod accenserent. Quidam etiam omnibus et singulis Calvinianis satis evidenter indicarunt, non esse nostri Illustriss. Principis mandatum, neque ipsorum Commissariorum institutum, contra fas | et acqvitatem conscientias ipsorum turbare et inquietare, sed tantum aduersus impendentia mala, quibus mature occurendum sit, fideliter praemunire et praemonere. Insuper Commissarii Theologi de aliquot fiduci controversiis cum ipsis collocti, amice et modeste ipsis informarunt et hoc per divinam assistentiam impetrarunt ut quidam eorum ad nos iam tum transierint, reliqui vero (paucis exceptis) sese dociles fore, concionesque nostras industrie visitatores, et erroribus sufficienter ipsis demonstratis valedicturos, promiserint. Deus ipsis emendet, omnesque errorcs ipais misericorditer eximat.

Dic 8. Augusti Reformatio Ecclesiarum August. Confessioni invariatae sincere ad dictarum in urbe Augusta vindelicorum facta est.

Dic 7. Decembbris est in Imperiali Camera Spirensi sententia pro Serenissimo Dn. Electore Coloniensi contra Illustrissimum Ducem Brunsvicensem lata et publicata,

2\*

qua hic condemnatus fuit ad Episcopatum Hildesiensem cum omnibus ipsius urbibus, oppidis, Arcibus, Monasteriis et pagis, et ab anno 1521 perceptis fructibus, ut et interesse, nec non cum omnibus Iuribus et privilegiis Ecclesiasticis et civilibus, restituendum et persolvendum.

### 3. Novi PROFESSOR. PRAECEPTORCS Classici et Praefecti et Pedellus.

Vir Clariss. Dn. M. Caspar Ebelius, Gymnasi Wormatiensis Rector, iussu Illuminiss. nostri Principis ad ordinariam Logices Professionem, in locum defuneti Clarissimi Philo | sophi, Dn. Rodolphi Goelchi, vocatus, vocationi Academicae annuit, seque nobis praesentem stilit, orationem suam inaugurale de abuso Logices die 11. Maii habuit, literas Reversales exhibuit, et Iuramentum Professorium praestitit, in quo Acta Rector et Dn. Procancellarius Academicus, vi novorum statutorum, Commissarii Principis nostri Illustrissimi fuerunt. Videantur de his omnibus Class. 1. num 6. et Class. 4. num. 1. 12. et 36.

Quin etiam Eruditione et virtute Clarissimus Vir Dn. M. Conradus Matthias ad extraordinariam Criticas Professionem vocatus est, de quo supra, quam vocationem ille acceptavit.

Porro Eruditissimi Viri, M. Iohannes Honstorffius, M. Jonas Gebhardi, et M. Hartmannus Mogius, Classici Praeceptores, literas Reversales exhibuerunt, et Iuramentum suum die 4. Decembr. praestiterunt, Class. 4. num. 13. 14. 15.

Spectatissimus Vir et Senator Gissensis, Iohannes Gerlacus, Praefectus noster Gissensis, die 23. Ian. iuravit, literasque Reversales, ut et Cautionem suum exhibuit, Class. 4. num. 16. 17.

Quoniam vero ipse ob alia negotia, hac praefectura porro fungi nequaivit, supplices pro suo filio Balthasare, ad hanc Praefeturam promovendo, dedit literas, quibus Academia benigne annuit. Quamobrem Balthasar hic Gerlacus die 18. Decembr. fidem suam paestito iuramento nobis obstrinxit, literasque, quibus suam *δοθοδοστιαν* attestatus est, exhibuit, et cautio patris ipsius in pristino vigore spud Academiam mansit, quam Fol. 12. b. etiam ipsi vades peculiari Rescripto, a Qvaestore Gissensi, ut et ab | ipsis, eorumque uxoribus subscripto et obsignato pro Balthasare Gerlaco nominatim repetierunt. Class. 4. num. 18. 19.

Insuper Iohannes Lotzius, Nomenclator Academicus, suum iuramentum 19. Jan. praestitit, itidemque literas Reversales, religionem concernentes, exhibuit, Class. 4. num. 21. 22.

### 4. TESTAMENTA SVB SIGILLO Academicis et subscriptione Rectoris data sunt.

1. M. Iohanni-Georgio Hötzlio, Wormatiensi, stud. Theol. die 21. Martii.
2. M. Martino Ottoni Franco, studioso Theologiae, die 9. septemb. Class. 4. num. 24.

### 5. RELEGATIONES publicae.

14. Aprilis publice relegatus est Ericus Ernestus Hillebrandus Cellensis, qui etsi cum Generoso Dn. Sigismundo, Barone a Borchauß etc. amicabiliter die 25. Martii transgerat: ob insignem tamen *drogicam*, quam in nocturnis actionibus patraret, Academia sibi reservavit paenam. Proindeque ipsi 13. April. poena carceris fuit denunciata; quam ille subire nolens, et Diabolo sese devovens, si ingredieretur carcerem mandatumque Academiae sub poena Relegationis aliquoties ipsi denunciatum, contumaciter et superciliosè contempnens, per publicam Relegationem ex Academia et Urbe electus fuit, Class. 4. num. 36.

Qvia tamen Illustrissimi nostri Principis Dn. Comissarii et ali pro ipsius <sup>vol. 13. a.</sup> receptione, quam et ipse demisse petierat vitaeque suae commendationem sancte promiserat, apud nos intercesserunt, et ipsius Nobilis Discipuli, quasi oves errantes circumiverunt, bino die 8. Maii ipsius receptio fuit decreta. Unde die 10. Maii in urbem reversus, syngrapham de non vindicando, solitam Rectori dedit, de qua videatur. Class. 4. num. 41.

22. Novembr. M. Laurentius Eckbarti, et Felix Schaller Nurnbergensis ob tumultus, vociferationes, actiones et dieteria iniuriosa, quae, iniuste vindicaturi carceris paenam aliis aliquibus studiosis inflictam, ante Oeconomi nostri aedes, una cum famulis suis ita enormiter evomuerant et exercuerant, ut etiam rumor ad Illustriss. nostram Principem devenerit, publica Relegatione typis exscripta, ex Academia et urbe fuerunt exterminati. Class. 1. num. 38. et Class. 4. num. 36.

### 6. CATALOGI LECTIONVM. typis impressi et publice affixi.

8. Martii Catalogus lectionum aestivarum Academicarum: Et  
 16. Augusti Catalogus lectionum Hybernarum ibidem affixus fuit. Videatur Class. 4.  
 Actor. Academicorum num. 36.

### 7. HONORES.

Etsi bellum strepitum et morbi contagiosi grassati, non exile damnum nostrae Academiae intulerint; nihilominus tamen Deus T. O. M. nobis be | nigne adfuit, et ea nobis <sup>vol. 13. b.</sup> Haledonia concessit, ut aliquot praeclare doctis viris promeritos honores conferre quiverimus.

In Facultate Theologica Vir Reverendus et Clarissimus Dn. Iohannes Hulsemannus, Esena-Or. Frisius, pro gradu Doctorali, Praeside Dn. D. Iohanne Stenbero, qui disputationem conscripserat, disputavit, et in Examine rigoroso Facultatis Theologicae, ut et publico totius Academiae ita laudabiliter stetit, ut ei 27. Aprilis publico Academiae totius Decreto, in Consistorio fuerit indicatum, ipsum a nobis indicari dignissimum,

in quem, quandocumque voluerit, honores petiti Doctorales conferrentur. Hic Licentiatus Hilsemannus post in Acad. Wittebergensi Professor S. Theologiae designatus fuit.

In Facultate Iuridica Dn. Henningus Walbaum, Equestris ordinis Mindensis, et Civitatis Lübbecensis Syndicus, Dn. Gothofredus Merdelbach, Susatensis Westphalus, Dn. Iustus Oldekkopp, Hildesiensis, Dn. Iohannes Wilhelmus Rövestrund, Marca-Westphalus, a Clariss. et Consultissimo Viro, Dn. D. Iohanne Breidenbachio in U. I. Doctores die 30. Aprilis, solenniter creati et renunciati fuerunt. Utque simul hi quatuor Candidati in I. U. D. creari possent, Academia die 29. Apr. per percutiare Programma affixum publice significavit, qvod hic Dn. Rövestrund, nudius tertius ad nos advenisset, publicam etiam Disputationem, Academico more consueto pro impetrandi in utroque Iure Doctoralibus honoribus habere paratus esset. Quoniam autem crastinus, tunc futurus, dies 30. Aprilis, solenni Promotioni Doctorali iam tum esset indictus, ipseque Candidatus non sine multis magnisque viarum periculis hoc appulisset, nec dintus, fol. 14. a. sine insigni suo incommode hic permanere posset; simulque per publ. licam Disputationem, quam ante aliquot annos hic habuisset, ut per aliquod eruditum scriptum, publice editum, Tractatumque alium Iuridicum, propediem typis exscribendum, nam Iuris utriusque laudabilem cognitionem nobis satis probasset, et insuper in Examene cum rigoroso privato, tam publico, talem sessi in respondendo praebuissest, ut ab omnibus huins Academiac Proceribus dignissimus iudicatus fuerit, in quem petiti gradus Doctorales conferrentur, ideo nos sub intitu harum et simillim gravissimarnum circumstantiarum, Disputationem publicam ipsi remissemus, ita tamen, ut hoc in Exemplum nemo posthaec trahere deberet. Videantur programmata excusa. Class 1. num. 36.

In Facultate Medica Vir Experientissimus Dn. Conradus Klein, Rodenaviensis Hassus, eodem die 30. Aprilis a Clariss. Viro Dn. D. Iohanne Kempfio, in Medicinae Doctorem iunctim promotus fuit.

In Facultate Philosophica die 29. Decemb. a Clarissimo Viro, Dn. Conrado Bachmanno, Poëtice Professore, 12. Viri iuvenes in Philosophiac Magistros creati et proclamati fuerunt, nempe

Iohannes Jacobus Ebelius, Gissensis Hassus.  
Henricus Velsteinus Oldenburgensis.

Thomas Faber Leigestranus Hasso-Nassovi.

Iohannes Conradus Bachmannus, Gissensis Hassus.

Iohannes Schlamhovius Alsfeldensis Hassus.  
Nicolaus Lantzius Bienstato-Wetteravius.

Bernhardus Angelus Rüsselsheimensis ad Maenum.

Iohannes Schwanckhardus Butsbacensis Wetteravius.

Tobias Iustus Marpurgensis Hassus.

Fridericus Magnus Gernettus, Michelstato Ottosylvanna.

Philippus Nasemannus Kirchaineensis Hassus.

Iohannes Lucas Kirchaineensis Hassus.

Fol. 14. b.

#### 8. ACTA PROGRAMMATA publice affixa.

Dic 8. Februar. studiosos a turpissimo Bacchanaliorum Festo, larvatisque discursa etc. acriter dehortati sumus.

10. Maii ad audiendam Dn. M. Casparia Ebelii orationem inauguralem de Abusu Logices, Cives nostros invitavimus.
18. Maii, ut et 25. Octobr. Rector studiosos ad prompte solvenda Pedellis annua munera admonuit.
26. Maii Rector ad audiendam orationem Dn. D. Menonis Hannekenii, de omnipraesentia Christi, in memoriam huius fundatae et conservatae Academiae, 29. Maii ab ipso habendam, studiosos invitavit.
28. Iunii Rector ad audiendas Leges 1. Iulii praelegendas, cohortatus studiosos, simul promisit, sese orationem de hominis conscientia, praelectioni legum praemissurum.
12. Iulii Rector significavit, circa dies Caniculares per aliquot dies a lectionibus Dna. Professores feriaturos esse.
19. Iulii per excusum programma conpotationes Pennalitiac, aedium, museorum, ianuarum fenestrarumque perfractio[n]es et excusione[s], et indigenarum criminatio[n]es, quibus et Pennales domestici vocitari solent, severiter fuere vettiae. Calend. Ianuar. anno 1630 Cives Academicci ad publicam Panegyrin, qua | novus Rector ipsis sit Fot. 15.a. sistendus, fuerunt admoniti. De quibus programmatibus videatur Class. 4. num. 36.

#### 9. FUNERA PERSONARUM Illustrissimarum.

Illustrissima et Celsissima Princeps et Domina, Domina ANNA-MARGRETHA, Hassiae Landgravia, Comes in Cattimeliboco, Decia, Ziegenhaina et Nidda, Domina nostra Clementissima, splendidissimum Christianarum virtutem iubar, die 9 Augusti in Butsbacensi Aula sua Illustriss. abstante et preoante Celsissimo Marito, Herce illo Inlyto, Dn. Philippo, Hassiae Landgravio etc. Domino nostro benignissimo, Viduo moestissimo, aliquo praesentibus, Deumque devote invocantibus, pie in Christo abdormivit, die 1. sept. in Templo Aulico Butsbacensi, in medio permultorum hominum luctu et fletu ritibus ac solennitatibus Principalibus adhibitis, terrae, omnium nostrum matri, commendata fuit: in cuius memoriam et Marpurgi et in alias oris, Illustrissimo nostro principi subiectis, conciones funebres soleunter tunc habitat fuerunt, Class. 4. n. 16.

Illustrissimus itidem et Celerrimus Princeps et Dominus, Dominus Henricus, Hassiae Landgravius, Comes Cattimelibocensem, Deciorum, Ziegenhainensium et Niddarum etc. Dominus noster Clementissimus, die 11. Octob. stili veteris, circa horam 12. meridianam, in urbe Italiae, Siena, inter medias precationes ardentissimas pie et placide in Christo, Salvatore suo, obdormivit. Cuius Celsitudinis demortuum corpus, ex Italia allatum, Darmstati sive 3eq, inhumabitur, ipsiusque Celsitudini dignis modis parentabitur. Class. 1. num. 40.

#### 10. FUNERA ALIARUM Personarum.

Fot. 15.b.

Die 3. Ianuar. hora 7. matutina Iohannes, Consultissimi Viri, Dn. Iohannis Malcomesii, Secretarii et Consiliarii Hassiaci filius, fuit mortuus, et 5. Ianuar. sepultus.

Die 7. Ianuarii intra 3. et 4. horam promeridianam Clariss. et Consultissimus Vir Dn. Heidericus Blanckenheimius, I. U. D. et supremi Hassiaci Iudicij Assessor, huic mundo valedixit, et 11. Ianuar: ipsius corpus terrae redditum fuit.

Die 10. Ianuar. inter 7. et 8. horam vespertinam David Philippus Myccius e vita migravit, et 13. eiusdem tumulatus est.

Die 15. Ianuar. Nobilissimus Levinus Georgius a Iagow, Eqves Marchicus, diem suum obiit, et 22. Febr. tamulo reconditus est.

Die 25. Martii. Iohannes-Marcus, Clarissimi et Experientissimi Viri, Dn. Iacobi Müller, Medicinae Doctoris et Professoris filius denatus, et 27. Aprilis contumulatus est.

Die 6. Iuli intra 5. et 6. horam pomeridianam Nobilissima Matrona Sabina Riedeseliana, oriunda a Wölben, Viri Perstrenni et Nobilissimi, Dn. Georgii Riedesels in Eyenbach, Senioris, Consiliarii intimi et Proprincipis Hassiaci Marpurgensis, coniux dilectissima, in vera fide, qva Salvatorem suum perseveranter tenuit, animam suam efflavit, et VI. Iuli exequis nobiliter peractis honorata fuit.

Fol. 16.a. Die 24. Iuli circa horam 4. matutinam Nobiliss. Levinus à Schulenburg dysenteria correptus, ex aerumnoso vitae huius ergastulo ereptus, die 20. Aug. sepultura affectus fuit.

Die 9. Augusti circa horam 9. antemeridianam Nobilissimus Mordian-Otto a Gantstein, dysenteria extinctus, mortem pie opepetit, et 18. Aug. inhumatus est.

Die 16. Augusti hora 9. matutina Honesta Matrona, Gertrudis Heidenia, Dn. D. Iohannis Moltheri p. m. vidua, in fata concessit, et 19. Aug. tamulo illata fuit.

Die 30. Augusti Sabina Clariss. et Consultissimi Viri, Dn. D. Helfrici, Consiliarii Hassiaci, filiola, postquam per morbum dysentericum vircs eius fuerant exhaustae, e vivis excessit, et 2. Sept. humo recondita fuit.

Die 17. Septembr. Matrona honesta Christina Schäferin, Domino Casparo Kellero, Registratori Hassiaco, iterum nupta, naturae concessit, et 20. Septembr. ultimus sepulturæ honor ei obtigit.

Die 19. Octobr. Nobiliss. Matrona Agnes Elisabetha Feigin, Nobilissimi Viri, Josten Mengersen, Haereditarii in Allersheim et Schwannberg dilectissima coniux, per difficultimum puerperium occubuit, et 30. Octobris iusta funebria ipsi facta sunt: de quibus omnibus programmata funebria, Classe 4. num. 37. obvia, fusius testantur. Ipsi et omnibus pie defunctis Christus, vitae et necis Dominus, beatam ad vitam aeternam resurrectionem largiatur.

Fol. 16.b. Deus Pater; Filius et Spiritus S. pro omnibus bonis, | in statu et Ecclesiastico ac Scholastico, nobis hoc anno collatis, et universis malis, e medio nostrum misericorditer ablatis, sit benedictus in secula, Amen.

In statu Fewrbornius D. subscripsit.

## RECTORATUS ACADEMICI ANNI MDCXXX BREVIS DELINEATIO.

Vol. 18. s.

1630.

Postquam ipsis Calendis Ianuarii, Anno a Christo nato MDCXXX consentientibus votis Dominorum Professorum, ego Anthonius Nasenus, I. U. D. ejusdemque Professor ordinarius in Academiae Rectorem electus et renunciatus fui:

Decani vero in Theologia Dn. D. Iustus Fewrbornius, S.S. Theologiae Professor Primarius, et in templo oppidano Marpurgensi verbi divini Praeco; In Facultate Iuridica Dn. D. Iohannes Breidenbachius, Pandectar. Professor et Consiliarius Hassiacus spectatissimus;

In Medica Du. D. Iacobus Müllerus, Medicinae Professor; Et denique in Facultate Philosophica M. Theodorus Vietor, Professor Graecus, electi fuerunt, officii ratione et in perpetuam rei memoriam, quae notatu digna, in hoc meo Rectoratu acciderunt, scripto consignare debui, et initio quidem nomina corum, qui Matriculac inscripti fuerunt, referre.

## STUDIOSI.

## Ianuarius.

Adamus Simon Vigilius, Angliodensis  
Hassus. 4. Ian.

## Februarius.

Iohannes Haxthausen Germersheimensis  
antea quidem a D. Anthonio Matthaeo  
inscriptus, sed renovationem Matriculae  
petiit, et stipulato obedientiam promisit.

26. Febr.

Iohannes Henricus Tauber, Herbornensis.  
28. Febr.

## Martius.

M. Iustus Schidaeus }  
Augustus Reinhard } Millhusini. 31. Mart.

## Aprilis.

Pol. 18. b. Henricus von der Spiege, Rostoch. Megapolit.  
1. April.  
Vincentius Müller, Hamburgensis. 3. April.  
Christianus Breithaupt, Dransfeldensis. 11.  
April.  
Iohannes Amia Aquisgranensis. 17. April.  
Iohannes Christianus Wentrius Zwingen-  
bergens. 18. April.  
Wilhemus Castritius Zwingenbergensis.  
18. April.

Martinus Bornius Prenbazensis. 18. April.

Iohannes Held }  
Iulius Adolphus Eichrodt } Rintelenses.

Georgius }  
Otto Christophorus } Schevell } 19. Apr.

Iustus Velpertus Sitz Giessensis }

Casparus Müller Hamburgensis. 20. April.  
Iohannes Tobias Webers Itsteniensis.

21. April.

Iohannes Wilhelmus Zorn Wormatiensis.

22. April.

Iohannes Philippus Steiß Franof. 29. April.

## Maius.

Iohannes Faber Silizia-Buchonius. 4. Maii.  
Balthasar Dethmar Benninghausanus.  
5. Maii.

Adamus Valentini Sachsenhusanus Wal-  
deccus. 5. Maii.

Iohannes Eberhardus Camerarius Braun-  
felsensis Solmensis. 6. Maii.

Statius Knebell Hirsfeldensis. 9. Maii.

Ludovicus Schneidbacher } Erbacenses. 12. Maii.

Ludovicus Weber } Erbacenses. 12. Maii.

Henricus Dieterich Hannoveranus. 12. Maii.

Hieronymus Klenius Erbacensis. 12. Maii.

Iohannes Bernhardus Rlawr. 13. Maii.  
 Casparus a Berlepsach. 13. Maii.  
 Conradus Camerarius Schlitens. 14. Maii.  
 Baltasar Snorten Zellensis. 19. Maii.  
 Christophorus Ludwig Hunnius. 20. Maii.  
 Vol. 19. s. Iohannes Adamus Pauli Nassovicus. 26.  
 Maii.

## Iunius.

Iohannes Iacobus Chutschad Hosstensis in  
 comitatu Erbacens. 3. Iunii.  
 Iohannes Gothofredus Haeg, Freibergens.  
 Comitus Erbacens. 3. Iunii.  
 Vincentius von Holtte Hamburgeusis. 8.  
 Iunii.  
 Iohannes Graßmeter, Echanus Hessus.  
 17. Iunii.  
 Sebastianus Pfhogenius, Friedbergensis.  
 17. Iunii.

## Iulius.

Stephanus Dromar Parisiensis. 12. Jul.  
 Georgius Fabricius Giessensis. 13. Jul.  
 Erhardius Bucheret, Reutlingensis. 21. Jul.  
 Iodocus Grafe, Osnabrugensis. 26. Jul.  
 Augustus Lauth, Husensis Holsatus. 26.  
 Jul.

## Augustus.

David Merhard, Sveva-Hallensis. 6. Aug.  
 Iohann. Christianus Stumphius, Giessens.  
 27. Aug.

## September.

Casparus Diebharßenn Tremonianus. 9.  
 Sept.  
 Melchior Bruno ex Archiepiscopatu  
 Bremensi. 11. Sept.  
 Conradus Schnell Bremensis. 11. Sept.  
 Iohannes Philippus Stephanus a Kronstett  
 Francof. 20. Sept.  
 Anthonius Gledt Francofurtensis. 27. Sept.  
 Alhardus Meyer Bremensis. 28. Sept.

## October.

Dionysius Schmager Dresdensis Misnicus.  
 2. Oct.  
 Christophorus Christianus Reusius dictus  
 Torga Coburgo-Francus. 4. Oct.  
 Georgius Jacobus Brüdner, Schweinfurto-  
 Francus. 4. Oct.  
 Georgius Wulf-Deinert, Misnicus. 4. Oct.  
 M. Daniel Werbeif, Argentoratensis. 4. Oct.  
 Iohannes Philippus Glandorffius, Wert-  
 heimensis Franco. 12. Oct.  
 Matthias Wernerus, Moeno-Francof. 15. Oct.  
 Eckardus Kirsten Oberweidensis. 15. Oct.  
 Henricus Heil ex Muscovia. 19. Oct.  
 Henricus Husemannus Susatensis Westph.  
 23. Oct.

## November.

Iohannes Wilhelmus Gerhard Wildungensis  
 1. Nov.  
 Philippus Fridericus Bölder Laubacensis  
 Solmens. 2. Nov.  
 Georgius Valentinus Ebelius 3. Nov.  
 Georgius Philippus Merckius Wins-  
 heimensis. 7. Nov.  
 Iohannes Holtkamp Lubecensis. 8. Nov.  
 Iohannes Casparus Merckius, Wins-  
 heimensis. 9. Nov.  
 Georg Klae, Isenacensis Turing. 12. Nov.  
 Iohannes Burkhard Gisich Geravianus.  
 16. Nov.  
 Bernhardus Fürstenau Hervordiens. 17. Nov.  
 Iohannes Dafaw Hamburgensis. 17. Nov.  
 Statins Albrecht Bodenverdensis. 20. Nov.

## December.

Iohann Dietrich von Brinde, Bickeburgensis.  
 24. Dec.  
 Hilmarus Ericus von Brinde, Bickeburgens.  
 24. Dec.  
 Casparus Rudolphus Heidwolff. 24. Dec.  
 M. Iacobus Ströh Fritzlaricus. 29. Dec.  
 Daniel Reinemann Wildungo-Waldeccus.  
 31. Dec.

Paedagogio a Viro Clarissimo, Domino M. Iohanne Henrico Tonsore, Physices Professore Ordinario et Paedagogiarcha mihi, ut Matriculae Academiae eorum nomina inscriberem, praesentati sunt, quod etiam a me factum 23. Decembris Anno 1630.

*Inscripti sunt quinquaginta octo.*

Fol. 20. a.

Fol. 20. b.

Hoc anno 1630, decimo sexto die mensis Decembris, praesentibus omnium Facultatum Professoribus, a Clarissimo Viro, Domino Iohanne Henrico Tonsore, Physices Professore Ordinario et Paedagogiarcha propter singularem eruditionem et vitae castitatem summa Magisterii Laurea condecorati sunt

Ertwinus Guter Bohnung, Osnabruga-Westph.

Antonius Lantzius, Binstado-Wetteravus.  
Iohannes Philippus Reus, Moeno-Francofurtanus.

Henricus Schwartz, Werthemia-Francus.

Iohannes Sochtorpius, Lippia Westphalus.  
Iohannes Balthasar Happelius, Kirtorfensis Hassus.

Casparus Fabricius, Niddanus.

Iohannes Ludovicus Chelius Griddersheimensis Wedderavus.

Sebastianus Pfochenius, Fridberga-Wetteravus.

Iohannes Lotz Marpurgensis, Hassus.

Bartholomaeus Rüdiger, Werthemia-Francus.

Iohannes Georgius Endelinus, Bingenheimensis Wetteravus.

Iohannes Mauritius Soldan, Wetteranus Hassus.

Iohannes Draudius, Moeno-Francofurtanus.

Iohannes Roslerus Darmstadinus, Rhenanus.

Nicolaus Hirzel, Geravianus, Rhenanus.

Cum 8. Ianuarii Templo coemeteriano schedula comminatoria de expugnandis sedibus oenopolarum vini spurcati, nisi mature in bonitate naturali vinum relinquenter, et pretio tolerabili divenderent, esset affixa, autorque talis schedulæ nesciretur, resque ad illi. Eius Cels, per literas ab Academia esset delata, diversis rescriptis mandatum fuit, serio a tali proposito dehortari huius rei consicos, quod et per diversa publice affixa programmata factum est, eoque res deducta, ut istas suas minas consici non sint ausi executioni mandare.

17. Ianuarii per publicum programma Cives Academici ad audiendam orationem, quae in obitum Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, Domini Philippi, Hassiae Landgravii etc. Illustrissimæ Coniugis, ANNAE MARGARETHAE, Hassiae Landgraviae etc. p. m. a Reverendo ac Clarissimo Viro, Iohanne Steubero, SS. Theologiae Doctore, Academias nomine, ad contestandum Luctum, habebatur, invitati sunt, eique frequentes interfuerunt.

Caeteroquin initium huius anni felicissimum et gratarum actione dignissimum fuit, eo quod Illustrissima Domus Hassiaca Lineae Darmstadinæ nova columnæ stabilita fuerit: Natus namque hoc anno, die 25. Ianuarii, ante horam undecimam noctis Illustrissimo ac Celsissimo Principi ac Domino Georgio, Hassiae Landgravio, Comiti in Catimelboco, Decia, Ziegenbaina et Nidda etc. Domino ac Principi nostro longe Clementissimo ex Coniuge Illustrissima ac Celsissima, Principe ac

Domina, Domina SOPHIA ELEONORA, Landgravia Hassiae etc. Serenissimi Electoris Saxonie Georgii Principis ac Domini nostri Clementissimi Filia, Filius Illustris, cui Deus ex alto omni vitae tempore largissime benedicat. Hoc Familiae Illustrissimae Germane sequentis mensis Martii die septimo per S. S. Baptisma Christo insertum fuit et sanctissimae Trinitati nomen dedit: Cuius rei lustricos testes, praeter Serenissimum supra dictum Electorem Saxoniac, Avum Maternum, qui Avi Paterni Ludovici Nomen Illustrissimo huic Nepoti esse voluit, et alias Illustrissimos Principes, ut et Hassiac Status, etiam Academiam hanc Clementissime esse voluit supra memoratus Illustrissimus Princeps noster. Quod ipsum etiam per mc Rectorem et D. Instum Fewrbornium 7. Martii in Aula Darmstadtina, iussu et nomine Academiae, humillimo affectu praestitum est, et pro munere lustrico oblati fuere duecenti floreni Ungarici.

Fol. 22. a.  
Ad hunc actum expediendum clementissime sumus excepti; congratulatio nostra singulari affectu auditu; tota septimana benignissime habiti, et tandem sequenti die Sabbathi, prout excepti, ita etiam Clementissime dimissi fuimus: | prout haec omnia Ill. Celsitud. iteratae ad Academiam datae literae 13. Martii et 11. Aprilis testantur.

14. Februarii Illustrissimus ac Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus Henricus, Hassiae Landgravius, Comes in Cattimeliboco, Decia, Ziegenhaina et Nidda etc. ubi Illustr. Eius Celsitudo proxime praeteriti anni mensis Octobris die undecimo in Italiae florenti Academia Siena sub circumstantium ardenteribus precibus piissime Deo animam reddiderat, Darmstadi Avito sepulchro illatus fuit. In Ill. Eius Celsitudinis honorem praedictum diem lugubrem esse habendum, Academia Civibus Academicis programmate publico iniunxit; et sequenti 17. dicti mensis die literis consolatoriis ad Illustrissimum nostrum Principem datis animi sui dolorem contestata est Academia.
25. Febr. ad Ill. Princepis nostri rescriptum de dato Darmbstadi 18. Febr. in Extraordinarium Professorem Criticos, ubi prius in Consistorio Iuramentum Professorium praestiterat, et scripto manu sua dato de syncera Religione sua contestatus erat, receptus est M. Couradus Matthias, qui etiam eodem die publice orationem inauguraalem carmine comprehensam recitavit, cui Professores et Studiosi programmate publico moniti frequentes interfuerant
2. Martii datis literis ad Ill. nostrum D. Helfrius Ulricus Hunnius, Professor Iuris et Vice-Cancellarius Academiae dimissionem humiliiter petiit et impetravit, quam clementem dimissionem Ill. noster postea 10. Martii ad Academiam perscripsit.
10. Aprilis Domini Consiliarii Cancellariae Marpurgensis desiderarunt ab Academia sibi transmitti studiosum, ut coram illis testaretur in caussa matrimoniali: Quod, quia Iurisdictioni Academiae in studiosos non convenit, fuit denegatum, cum hac declaracione, Academiam certos Commissarios deputaturam, qui examen hoc, prout juris, sint expedituri, et postmodum attestaciones Domicis Consiliariis sub sigillis transmissuri. In quo tacite acqueverunt, cum ulterius nihil desiderarint.

16. Aprilis ad speciale Ill. ac Celsiss., Principis nostri mandatum Celsitudinis Eius Pro-Princeps Georgius Riebelus et Theodorus Heintzsch D. Vice-Cancellarius Cancellariae Marpurgensis vacans officium Vice-Cancellarii Academicorum, vi specialis Commissionis, in Cancellaria loco ad hoc singulariter ab illis deputato mihi detulerunt, et post acceptationem et gratiarum actionem humiliter a me factam commiserunt | Iusto Fewrbornio, SS. Theologiae Doctori, ut tanquam Pro-Rector omnibus vol. 22. b. Professoribus in Consistorio Academicorum congregatis publice proponeret et ediccret, officium istud Pro-Cancellariatus debito modo mihi esse delatum; quod ab illo, prout iussus erat, factum, singulique Collegae et Professores, data dextra, huius officii ratione, mihi sunt congratulati.
7. Iunii ad mandatum Ill. ac Celsissimi Principis nostri Eius Celsitudinis Pro-Princeps Cancellarius et secretiores Consiliarii perscripscrunt, cum 25. lunii, stylo veteri, anno 1530 Invictissimo Imperatori Carolo V Protestantum Statuum Confessio fidei magna animi confidentia exhibita fuerit, et ex eo tempore Religio vera in Propheticis et Apostolicis scriptis comprehensa et postliminio in priorem nitorem restituta, et hactenus per singularem Dei gratiam longe lateque per Europam propagata et conservata sit, ideoque nil magis decere pie gratos animos, quam humili pietate tantum salutis beneficium agnoscere.
- Proinde Academiam 26. praedicti mensis diem festo seculari consecrare et quidem tali modo debere; ut matutino tempore, peracto cultu divino, in Templo oppidano, in Auditorio maiori ad Lanum horis matutinis oratio, et post meridiem Carmen utrumque ad hunc finem accommodatum publice recitaretur, et sequente hebdomada Augustana Confessio a Theologis paucis disputationibus comprehensa ad ventilandum Studiosis proponeretur: cui clementi jussui et voluntati undiquaque ita humili fuit satisfactum.
20. Decembris Philippus Wilhelmus Fabricius Philippi Fabricii I. U. D. Consiliarii Isenburgici et Syndici in Imperiali Castro Ganerbico Fridbergensi Filius sic obiit, et 24. ejusdem honeste terrae apud nos mandatus est.
22. et 27. Decembris jussi sumus ex Theologis unum vel duos, practer tertium ex aliqua aliarum Facultatum, Darmstadium ad 4. Ianuar. anni 1631 ablegare, ut eum aliis eo evocatis Statibus Provincialibus super proponendis consultarent et concluderent; quod et ita factum est, missis eo D. Iusto Fewrbornio, D. Iohanne Steubero, Theologiae, et D. Iohanne Breidenbachio, Iuris Professoribus.

Deus Ter Optimus Maximus ab alto benedicat clementis | sime laboribus vol. 23. docentium ac discentium, et sicut hactenus, ita in posterum ab omnibus malis hanc Academiam conservet ac tucatur.

Anthon. Nesenus. D.

sbept.

*Agglutinata est Antonii Neseni imago chalcographa aliunde desumpta his verbis circumscriptis:*

Antonius Nesenus, I. C<sup>m</sup>, Academiae Marpurgensis Pro-Cancellarius, Iuris Professor Primarius et Consiliarius Hasso-Darmstadius, aet. 58.

*Subscriptio huius imaginis haec est:*

*Symbol.*

*Sui desiderium relinquere, rerum bene gestarum optimum testimonium.*

Fol. 24. a.

**Σ. Θ.**

1631.

Anno Domini et Servatoris nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo trigesimo primo, Calendis Ianuariis, concordibus Dominorum Professorum suffragiis et votis, in consistorio et frequenti civium Academicorum congressu ac conventu, pro more recepto, solenniter Academiae Marpurgensis Rector salutatus et proclamatus fuit

**IOHANNES KEMPFIVS**

Medic. Doctor, ciudemque Professor Ordinarius. Decani hoc anno in Facultate Theologica D. D. Io: Steuberus, in Iuridica D. D. Iustus Sinolt cogn. Schütz, in Medica D. D. Nicolaus Braun, in Philosophica D. M. Conradus Bachmannus electi fuerunt.

Sub hoc vero Rectoratu in numerum Civium Academicorum recepti sunt sequentes optimarum artium studiosi, postquam secundum leges et statuta, pietatem, modestiam, legumque observantiam data fide sancte promisissent.

Matthias Alexander Lipsius Cittingensis

Francus. 21. Ian.

Andreas Franciscus Dethmarus Guelferbitanus. 24. Ian.

Melchior Schraderus Huxuriensis Brunsvicus. 25. Ian.

Hermann Nurnberger Herleshusanus Hessus. 10. Febr.

Iohannes Georgius Kloht Tbingensis. 12. Febr.

Arnoldus von Walsen Brunsuigus. 5. April.

Arnoldus Wilstach. 5. April.

Bernhardus Wilstach Marco Hattingenses Westphali. 5. April.

Theodorus ab Ovelaker Westphalus. 5. April.

Iohannes Fabritius Tremonianus Westphalus. 6. April.

Fol. 24. b. Theodorus Iohannes a Vos Marco Westphalus. 6. April.

Bernhardus Wilhelmus a Galen, Marco W. 6. April.

Iohannes zum Kumpf, Dermensis Westph. 6. April.

Theodorus Heilensis, Westphalus. 6. April.

Iohannes Zölnerns, Opherdicensis Westph. 7. April.

Franciscus Casparus Hokingius.

Hermanus Hokingius, fratres Westphalid. 7. April.

Henricus Horstman, Hausberga Mindanus. 9. April.

Henricus Gahle, Lemgovia Westphalus. 13. April.

Iohannes Baptista a Cassel, Spirensis. 13. April.

Iohannes Nicolaus Arnoldus Bobenbusanus. 13. April.

Iohannes Marcus Ursinus, Spirensis. 14. Apr. Georgius Sonnenschein, Tremonia Westph.

16. April.

Samuel Scheiner, Schleiningensis. 18. Apr.

Iohannes Orwegen, Wursatus. 22. April. Iustus Klinge Ulenia Lippiacus. 22. Apr.

- Christophorus Loij Swinfurto Franeus.  
24. April.
- M. Gerhardus Hermannus Uphoff Unna Westph. 24. April.
- Henricus Nicolai Mengeninkhusa Waldekus  
3. Maii.
- Iohannes a Nammen Candsteinensis Waldeceus,  
3. Maii.
- Franciscus Fridericius Lefeldus, Corbaeo  
Waldeceus. 3. Maii.
- Daniel Fridericus Hausmannus Trorbaco  
Mosellanus. 6. Maii.
- Anthonus Hetzelius Corbacensis. 7. Maii.
- Iacobus le Bleu Heidelbergensis. 7. Maii.
- Iodocus Henricus Schäfferus Wolfftag.  
Hassus. 10. Maii.
- Deppenius Hoyerman, Ernburg. Westphalus.  
10. Maii.
- Fol. 25. a. Iohannes Wichman Hildesiensis. 10. Maii.
- Iohannes Rosenhagen Hildesiensis. 10. Maii.
- Bernhardus Cröger, Dethmoldia Westph.  
12. Maii.
- Adolphus Oberbach, Westphalus. 14. Maii.
- Marcellus Hagenbusch, Disseldorfensis.  
16. Maii.
- Bartoldus Stapelius, Osteroda Grubenhagius Saxo. 16. Maii.
- Martinus Mollerus, Langen Schwarzenfels  
Hassus. 21. Maii.
- Iohannes Iacobus Reinhardi Usinga  
Nassoyius. 21. Maii.
- Carolus Rudolphus Gans, Mespelbronna  
Franeus. 1. Junii.
- Daniel Philippus Schneidbacher, Heidbaeo  
Franeus. 1. Junii.
- Gotschaleus Tilenius, Lemgovia Westphalus.  
2. Junii.
- Christianus Friderich, Lignicensis Silesius.  
2. Junii.
- Iohannes Philippus Kelner, Moeno Francof.  
6. Junii.
- Rutgerus Clemens Deuchman, Marpurgensis.  
8. Junii.
- Iohann Wernerus a Gils, Alsfeldia Hassus.  
11. Junii.
- Iohann Hieronymus Steffan a Cronstetten,  
Francof. 17. Junii.
- Melchior Agricola Darmstadinus. 20. Junii.
- Albertus Aleman Lubeccensis Westphalus.  
22. Junii.
- Iohannes Jonas Saullus Gissensis. 12. Jul.
- Casparus Bergfeld Tremonia Westphalus.  
14. Jul.
- Iustus Christophorus a Thalhausen, Waldeceus.  
16. Julii.
- Iacobus Martini ex Schampania Schaungen  
Gallus. 1. Aug.
- Conradus Hopf, Weninga Avimontanus.  
1. Aug.
- Nicolaus Budacus Sacus. 10. Aug.
- Io. Peter Glitch Wildungensis. 12. Aug.
- Io. Martinus Heinemannus Wildungensis.  
12. Aug.
- Io. Daniel Schellenberger Wildungensis.  
12. Aug.
- Iohann Wilhelm Beeman Cassellan. 14. Sept.
- Wilhelmus Schade Wildenhusa Westphalus.  
20. Sept.
- Io. Balthasar Stromius Ottovilla Westriacus  
21. Sept.
- Iohannes Philippus Greiner Hagenensis, Fol. 25. b.  
31. Sept.
- Conradus Lonicerus Hervordiensis. 5. Oct.
- Gerhardus Furstenaw Hervord. 5. Oct.
- Hieronimus Augustus a Glauburg, Francof.  
11. Oct.
- Henricus Bangertus Sudceo Waldec. 15. Oct.
- Io. Daniel Mislerus Minzenberg. 15. Oct.
- Eobaldus a Lettow, Pomeranus. 19. Oct.
- Andreas Cleiman, Mindanus. 29. Oct.
- Iohannes Wigandus Swarts Hanoviens.  
5. Nov.
- Hilmar von Mündhausen. 15. Dec.

Paedagogici hoc eodem anno a Paedagiarcha in Paedagogium recepti, et pro more in Album Academicum relati sunt, quorum nomina iam sequuntur.

Fol. 26. a.

*Inscripti sunt triginta septem.*

Status Academiac in hac annua gubernatione inter medios etiam armorum stritus et Romani Imperii gravissimos motus, singulari Dei Ter Optimi Max. benignitate satis tranquillus, felix ac florens extitit, ut non adeo multa Academiam concernentia memorabilia acciderint.

Mortalitatis memor Illustrissimus ac Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus Georgius Hessiae Landgrafius, Comes in Cattimeliboco, Decia, Zigenheina, et Nidda etc. Fol. 26. b. Dominus noster Clementissimus, sapienti, pio ac prorsus salutari consilio praeterito anno testamentum condiderat continens modum et rationem pie educandi Celsitudinis Ipsius Illustrissimum ac Generosissimum filiolum, Dn. Ludovicum Hessiae Landgrafum etc. parce item et recte in aula, totoque territorio omnia administrandi et constituendi: de qua vere paterna clementissimaque et nunquam satis laudanda erga filiolum Illustrissimum, totamque Patriam nostram cura et sollicitudine, provinciae suae status certos facere cupiens, plentissimus Princeps conventum statuum provincialium Darmstati indixit, ad quem ipsis Calendis Ianuariis, paullo ante novi Rectoris electionem, Academia Clarissimos Viros Dn. Iustum Feurbornium, Dn. Iohannem Steuberam SS. Theologiae Doctores, et Dn. Iohannem Breitenbachinum I. U. Doctorem ablegavit, qui eam eo venissent, una cum reliquis Praeclaris et ordinis equestris viris, ad praelectiōnem testamenti, tanquam testes accessiti fuerant, et quae alias apud eiusmodi solennitates requiruntur, peregerunt; interim vigesimo sexto die Ianuarii literas reversales stataum provincialium praenominatum testamentum concernentes, ex aula Academiae mittuntur, quae ab omnibus Professoribus tam Ordinariis quam Extra Ordinariis subscriptae, sigilloque Academiae maiore confirmatae ac Darmstatum remissae fuerunt: contents harum literarum apud acta Rectoralia videri possunt. Vigesimo nono die Iunii copia clausa testamenti, tribus illustrissimi nostri Principis sigillis munita, clementer ita mandante Celsitudine Ipsius, postquam omnes et singuli Domini Professorcs eam in Consistorio vidissent, in Archivum Academiae a Rectori praesente Dn. D. Kornmanno Universitatis Syndico, reposita fuit.

Solemnitati nuptiarum Illustris ac Generosissimi Domini Dn. Huldrici, Comitis ac Domini Frisiae Orientalis, Dynastae Escensis Radisorpiae et Witmundae, Sponsi: Fol. 27. a. nec non Illustrissimac Celsissimaque Principis ac Dominae, Dn. Iulianae Landgraviae Hessiae etc: Auriciae in Orientali Frisia pridie nonarum Martiarum hoc anno celebratarum, humilimo affectu Academia Marpurgensis, interprete Dn. M. Conrado Bachmanno Professore Poeseos publico, gratulabatur, et felicia cuncta precabatur; ut vero suam erga Academiam gratitudinem et benevolentiam Illustris ac Generosissimus Dn. Comes declararet poculum non exigui pretii, per stratum [sic!] et nobilissimum viram Dn. Iustum Burkardum Raw ab Holzhausen Academiae elementer offerri curavit, quod Rector, humilimis Generositati ipsius actis gratis, nomine Academiae accepit.

Habuit et hic annus celebrem promotionem duorum Doctorum Juris: nam XIX.

die Aprilis, Clarissimus et Consultissimus Vir, Dn. Iustus Sinolt, cogu. Schütz I. U. D. et Institutionum Prof. Publicus et Ordinarius, Promotor rite designatus, Viris Clarissimis ac Praestantiss. Dn. Iohanni Georgio Denchmanno, Petershagensi; et Dn. Conrado Hoiero Hervordiensi, Westphalis ob insignem et exploratam in iure Cacsarco et Pontificio scientiam, testimonium seu praemium publicum, Doctoratus nimirum gradum, honores, titulos insignia et privilegia solennibus ceremoniis et usitatis ritibus exhibitis, contulit. Pro dictis summis honoribus Doctoralibus consequendis, egregie doctas disputationes publice quoque habuerunt, et consueta examina magna cum laude sustinuerunt sequentes Viri Iuvenes Doctissimi, Dn. Henricus David Stippius Battenbergensis Hessus, Dn. Henriens Diterich Hanovera Brunswigus et Dn. M. Gregorius Tulsnerus, Lipsiensis, qui tamen Doctoratus gradum sub hoc Rectoratu non assumpserunt. Vigesimo nono Aprilis Iohannes Engel Stipendiatorum novus Praepositus et Philippus Staudinger librorum Compactor in Consistorio praesente Rectore, Dn. Vieccancellario D. Antonio Neseno Dn. D. Steubero, Stipendiariorum Ephoro, et Dn. Syndico D. Kornmanno iuramentum praestiterunt, et data dextra fidelitatem et diligentiam promiserunt.

Circa finem Iunii, Illustrissimi nostri Principis iussu, Dn. Iohannes Kornmannus Fol. 27. b. I. U. D. Politices et Philosophiae Moralis Professor, in numerum Iuriconsultorum Ordinariorum receptus et Institutionum Iuris Professor declaratus fuit, cui in Professione Philosophica Dn. Ieremias Causenius I. U. Doctor successit.

Sapienter inquit Aeschylus, nulla illius urbis aut Reipublicae utilitas est ant usus, quae suis in praevaricantes nervis destitutur. Sic ut enim nervi in omne corpus deducti, singulos eiusdem artus continent, quibus incisia, universa corporis compages illico solvitur: non aliter, violatis aut sublatis Legum sanctionibus necesse est universum Reipublicae corpus enervari penitus ac solvi. Proinde sapienti admodum ac gravi consilio sancitum est ab inlyto felicissimas recordationis et memoriae Heroë ac Principe, virtutum Heroicarum exemplo, Dn. Philippo Hessiac Landgratio ctc. fundatore huins Academiac longe benignissimo, ut Calendas Iuliae quotannis Academias landabiliter a se fundatae solennes essent et sacrac, quibus Reipublicae literiac leges et statuta Academicae solenniter repeterentur, et in inventatis studiosac gratiam proponerentur explicati, ne a quoquam culpae a se admissae quaeri posset velum, aut practexi ignorantiae patrocinium. Quae legis sanctio, ut laudatissima est, nostro omnium bono facta, imperans recta, nobisque et toti Reipubl. salutaria ita modis omnibus instum ac aequum fuit, salutiferae isti principali constitutioni quemque nostrum debiti obtemperare. Proinde ex veteri illa constitutione Cal. Iulis in consueto auditorii Iuridici ad Lanum loco, et in frequenti omnium ordinum conventu paelectae sunt leges Academicae, postquam Rector Oratiunculam de studio sanctac Vitac, quod est temperanter, iuste et pie vivere, praemisisset. Quibus peractis Rector prandium Rectorale in suis aedibus invitatis Prof. Consiliariis, et Praecept. Paedagogicis exhibuit.

Cum hoc tempore bello omnia aestuarent hincque gemitu et lacrymis euncta Fol. 28. a. personarent, metuque ac pavore impendentium aliorum graviorum malorum, tota Germania, patria nostra dulcissima contremiseret, et insuper Caesarea Maiestas conventum Electorum, Principum et statnum Imperii, Francofurti ad Moenum indixisset,

Illustrissimus noster Princeps missis ad Academiam literis, singulari prorsus et plane paterna cura clementer ac serio illi mandavit, ut cives Academicos ad pietatem, verbi Divini sedulam auscultationem, precesque publicas, cum aliis pii Christianis ad Deum periculosisimo hoc tempore et maxime durante conventu Francofurtensi, fundendas, sedulo admonereret: cui mandato humilime morem gerens Senatus Academicus d. 7. Augusti publicum programma valvis templi affixit, in quo universia et singulis iurisdictioni Academicae subiectis civibus serio mandavit, ut vita morumque sanctitate et integritate pacis ac tranquillitatis publicae amore, rectitudinem animi et voluntatis, suamque erga Celsitudinis Ipsius clementissimam ordinationem et leges Academicas humilimam obedientiam, quam iurati omnes religiose promiscrant, testatam facerent, ac proinde aeternum ac misericordem Deum amatorem pacis, a quo omnis ad nos concordia et unitas proficiuntur, precibus ardentibus orarent, ut corda Procerum Imperii ad Christianam pacem et unitatem inclinare, et si quac dissensio aut animorum acerbitas oborta fuerit, clementer concedere dignetur, quo convenientibus remediis concorditer omnis transigantur, ad honorem sanctissimi nominis eius, verbi divini propagationem et totius Christianismi promotionem.

Fol. 28. b. Erant tum ferocii nonnulli, qui licentius in agro Marpurgensi scelopetis grassabantur, et in urbe etiam ipsa nocturno tempore inhumanis boatibus et vociferationibus plateas complebant, bombardas explodebant, et optatam | aliorum quietem, excitatis tumultibus, conturbabant, studiosos cives et milites praesidiarios nulla de causa invadebant, calumniis proscindebant, verbisque iniuriosis incitant, quin et lapidibus clam ipso petebant, quandoque nonnullos laedebant et securum ipsis per plateas transitum non permittebant: horum temeritati et petulantiae ut mature obviam iret Rector, re eum senatu Academico deliberata, publico affixo programmata sub gravissima poena Civibus Academicis interdixit, ne imposterum intra civitatem tam diurno quam nocturno tempore bombardas exploderent, nec milites praesidiarios, vel cives aut quemvis alium armis invaderent, ac quod inhumannum et periculosum nimis est, lapidibus projectis irritarent ac lassesscent, vel quovis alio modo damnum inferrent, sed tranquille quemvis suo officio fungi sinerent. Deterriti hoc programmata pauci isti immorigeri ad meliorum frugem redierunt, siveque reliquum Rectoratus huius tempus satis tranquillum et pacificum fuit, imprimis, cum Vincentius Müller Hamburgensis Iuris Studiosus, homo immodestus, turbulentus et seditionis ingenii, multarum malarum actionum author 13. Septembr. propter multiplicita quas admiraret et cumulaverat delicta, contumaciam item ac contemptum Magistratus sui, communibus Dnn. Professorum suffragiis ex urbe pariter ac Academia Marpurgensi privanim relegatus fuisset; qui tamen, cum admodum solice restitutionem apud senatum Academicum peteret, morumque et vitae emendationem sancte promitteret, intercedentibus etiam pro illo nonnullis ex Dnn. Consiliariis Illustrissimi nostri Principis, in fine huius anni restitutus et rursus privilegiis academicis donatus est.

Bello durante urbs nostra circa initium Octobris in magno periculo et metu versabatur, imprimis cum Caesareae et Bavariae copiae prope Lipsiam a Rege Suecorum profigatae per inferiorem Hassiam perrumperent et proximis locis multum

damni populo inferrent; verum Divina gratia urbs nostra incolumis et salva perststit.

Sat multa quoque hoc anno funera satis tristia habuimus. Die 10. Ianuar. <sup>vol. 29. a.</sup> Iohannes Neislerus Rosenthalensis Hessus, Theologiae Studiosus, cum ante annum honestam honesti Civis filiam in hac Urbe uxorem duxisset, hydrope corruptus obiit, et animam Deo, qui illam dederat, reddidit, cuius funus terrae, magnae illi matri nostrae d. 13. Ianuar. commendavimus.

Idem morbus hoc anno abstulit nobis Virum ad modum Strenuum et Nobilissimum Dn. Georgium Röbel in Eisenbach Seniorem Illustrissimi nostri Principis Pro Principem et Consiliarium Secretissimum etc. Virum multis virtutum ornamentis insigniter decoratum, de tota patria nostra et hac Academia optime meritum, cuius praematurum et inexpectatum obitum verbis condignis non satis prosequi possumus. Exornatus ille fuit 1607 a Ludovico Iuniore Hassiae Landgratio, felicissimae recordationis, Mareschalli aulici et consiliarii secretissimi dignitate, quae splendida officia tanta dexteritate et fide sustinuit, ut Celsitudini Ipsius gratus acceptusque et a Dn. Successore Filio, Dn. Georgio Hassiac Landgratio, ProPrinceps in hac civitate constitutus fuerit. Quam laudabiliter officio suo semper functus fuerit, et quas curas quosve labores Nobilissimus hic Vir in negotiorum gravissimorum tractationibus saepe suscepit, notius est quam ut hic verbosius exponi possit; His ille procul dubio expnognatus, et multam debilitatus, induit Sapientis Dei, gravissimo morbo, hydrope affectus fuit, quod malum cum nulla medicamenta depellere aegrumque integræ sanitati restituere valerent; viribus sensim extenuatis, et tandem prorsus exhaustis, die 28. Martii circa horam tertiam matutinam aqua illa interente veluti suffocatus inter preces et suspiria ad Deum ardentissima absque omni dolore et cruciata sensim et placide expiravit. Funus 11. die Aprilis honorificentissime ad suum destinatum sepulturæ locum deductum fuit. Die ultimo Aprilis Clariss. et Consultissimi Viri Dn. Sigfridi Happelii U. I. D. Consiliarii Darmstatini, filiolus Theodorus in primo quasi infantiae limine moritur, cui iusta funebria 3. Maii facta sunt.

Vigesimo quarto die Maii Clarissimi et Experiectissimi Viri D. D. Iohannis <sup>vol. 29. b.</sup> Moltheri Med. D. filiolus unicus Helfricus mortuus est. Die Iulii decimo Dn. Iohannis Malcomesii, Dicasterii Marpurgensis Secretarii filiolae Annæ Elisabethæ gravi alvi fluxu et catharro extinctæ, exequias ivimus. Vir quoque admodum Reverendus, Strenuus et Nobilissimus Dn. Iohannes Fuchs Commandator Balliviæ Hassiae ac Thuringiae, per annos aliquot gravissimis doloribus podagricis et nephriticis misere afflictus, accedentibus aliis gravissimis symptomatibus, in ardenti invocatione filii Dei et meditatione secentiarum ex sacra scriptura depromptarum inter vota et suspiria pia die Angusti 7. hora 7. animum suum Christo servatori reddidit: cuius exuvias 16. Augusti hora nona matutina ad spem laetae et gloriose resurrectionis terræ Christiano ritu mandavimus.

Tertio Cal. Septembr. ultimum honorem praestitimus Matronae nobilissimæ Annæ Margretæ Feugin, Viri Strenui et Nobilissimi Dn. Hilmari von Bärteleben Haereditarii in Minteln et Rägenbrück, coniugi desideratissimæ. Die Novembr. 2.

extremum pietatis officium praestitimus Optimae Foeminac Annae Iff Clarissimi Viri Dn. Marcelli Olivae Parisiensis, linguae Gallicae Professoris Ordinarii maritae dilectissimae 30. octobr. pie denatae. Nono die Decembr. matrona pudicissima Christina von Lettow, Viri Streani et Nobilissimi Dn. Georgii a Lettow uxor charissima cum vitam ultra annos 80 perduxisset et in curanda domo partes obire vellet, subito expiravit et die 9. sepulta est.

Vigesimo nono die Decembr. Dn. M. Christophorus Tensor Praeceptor Paedagogicus in consistorio praesente Rector, Dn. Vice Cancellario, Dn. Paedagogiarcha, Dn. Syndico iuramentum praestitit, simulque literas reversales religionem concernentes tradidit.

*Vol. 30. a.* Praeter haec omnia et hoc addendum duco, die 14. Novembr. Illustrissimum nostrum Principem conventum statuum provincialium Gissae habuisse, cui nomine Academiae interfuit Rector, Dn. ViceCancellarius et Dn. D. Feurbornius, et quia ob intervenientes motus bellicos conventus dissolvebatur, rursus ad diem 5. Decembr. Status provinciales Gissae convenerunt, et quae nuper ad finem perdu[er]i non potuerunt, expediverunt: Quid vero actum, decretum, conclusumque tandem fuerit, acta Rectoralia testantur.

#### DEO SIT LAUS ET GLORIA.

Hace ex autographo Viri Nobilis Clarissimi Dn. Iohannis Kempfii Med. D. et Professoris Excellentissimi, Archiatri eminentissimi, piae memoriae, sub meo Rectoratu Anno 1642 inscripsi

Jo. Daniel Horst sbscr.

#### ANNO A NATO CHRISTO

Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Secundo Electus et publice renunciatus est

Academiae Marpurgensis

RECTOR THEODORUS HÖPINGK I. U. D.

Histor. et Orator. Professor.

1632.

Nemo haetenus sanae mentis hominum, cum, qui publico Rectoris muneri praeest, rem magis gloriosum, quam laboriosum tractare, existimavit. Si enim ullibi Magistratui huic Academicu quiescendi cedit occasio, in labore haec subsidit, nec aliter datur quies in otio, quam, ut cum quiete magis magisque Curarum crescat acervus. Universique Professoris subeunt munus, in hac tot insidiosis Syrtibus et importunis fluctibus exposita vebuntur navi, solius Rectoris clavum tenentis est, omnes impetus primum excipere et moderari. Quod ipsum quam periculosum, contentiosum, et summe arduum sit, res ipsa cum experientia satis edocet.

#### SACRA.

Multis videre licet, quam res hominum DEO sint curae, ac quomodo bonos diligat,

*Vol. 30. b.* malos contra funditus eradicet. Non quidem sacrificiis delectatur DEUS, sed viris

bonis et justis. Hi sunt, qui voluntati eius et mandatis obsequuntur.

Cum igitur Illustrissimus ac Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus GEORGII HASSIAE Landgravius, Comes in Catzenelbogen, Dietz, Ziegenhain et Nidda etc. Dominus noster Clementissimus, graviorem cervicibus Christianorum ultra belli malum, ob legis divinae et humanae contemptum, vitae insolentiam et impietatem, imminere poenam, vel illo, quem proximis diebus, etiam hic Marpurgi animadvertisimus, terrae motu, agnosceret, pro salute totius Germaniae, ultimum fere trahentis spiritum, ut et subditorum, incolarumque, non minus gravissimo iudicio, quam pio paternoque ductus zelo, Sex integros novis sacris publicis, in poenitentia, jejunio et precibus consumendis, jussit esse dicatos dies. Hi, ut summa cum devotione III. Calend. Decemb. cooperant primordia: ita quoque, ut in contrito poenitentis peccatoris corde finiantur, optamus.

#### Privilegia.

Cum certa et definita auri summa super Appellatione ad Supremum Imperii Romani tribunal, quod huc usque Spirae perstitit, Imperii Principibus data sint privilegia, et inter haec Illustrissimorum ac Celsissimorum Hassiae Principum DE NON APPELLANDO PRIVILEGIUM sexcentorum florenorum aureorum Rhenensium summam non excesserit, Invictissimus Caesar FERDINANDUS II. semper Augustus, in persona Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, Domini GEORGII Hassiae Landgravii, Comitis in Catzenelbogen etc. ex certa scientia et potestatis planetudine, praeviis et in ipso diplomate enarratis causis, augusto sane exemplo, usque ad mille florenorum aureorum Rhenensium benignissime ivit extensem portionem.

Quod ipsum de non appellando privilegium, cum modo dictus Princeps, non solum ita extensive obtentum, cives Academicos scire: Sed etiam in futurum servare, poenam i privilio insertam vitare, nec quicquam contra facere voluerit, ad Celsiss. ipsius mandatum, citatis ad hoc Academiae membris, publice in Consistorio, una cum ORDINATIONIS IUDICIALIS SUPER PROCESSU IN CAUSA APPELLATIONIS EXTRACTU, a Procanellario Academiae transmiso, 29. Augusti per Oeconomum (carebat n[amque] hoc ipso tempore universitas Notario) praelegi et publicari fecimus.

Aequo angustum est COMITIVAE CAESAREAE a laudato Romanor. Imperatore Ferdinandu II. Amplissimi, inelytae huius Academiae Facultatis Iuridicae, Ordinis Decano, Clementissime concessum PRIVILEGIUM.

Quod ipsum ne sit in obscurio, deceatque augusta Imperatorum beneficia hand clam esse, in ipso publicationis Legum Academicarum actu anniversario, dictae Imperialis Comitivae autographum jussu Principalis, in majori ad Lanum collegio e Cathedra civibus, et in universum omnibus Auditoribus in conspectum produximus, sigillum Caesareum majus, quod vulgo Bullam Imperiale vocant, aperciimus et insinuavimus: inde gratias, precesque pro incolumitate Caesaris et Principis per eiusdem Facultatis Decanum, Virum Amplissimum Da. D. Antonium Nesenum Acad. Pro Canell. primum in Facultate Iurid. Comit. Palatinum, audivimus devotissimas.

#### AUSPICATA.

Acerrimus monendi stimulus IMAGINES. Nam tanta eis inest Sanctitas, gravitas

etiam, ut possent senes ipsos provocare virtute, quibus alias honore adaequati sumus. Quo quidem honore, non modo defuncti memoriae et superstitum dolori, verum etiam Exemplo prospectum est. Acuunt ad bonas artes Iuventutem: adolescentibus quoque, (digni sint modo) tanta praemis constituta: acuunt Principes viros ad liberos suscipiendos, et gaudia ex superstitionibus, et ex amissis tam gloria solatia. Etenim si defunctorum Imagines domi positae dolorem nostrum levant, quanto magis eas, quibus in celeberrimo loco, non modo species et vultus illorum, sed honor et gloria refertur.

Fol. 32. b. Eiusmodi cum Celsissimae Principis, ac Domini, Dn. GEORGII HASSIAE LANDGRAVII etc. obversarentur menti, clementissime mandavit, omnium qui praeteritis annis in hac Academia bonas docuerunt, et adhuc docent literas, Iconas descriptas ac depictas asservare.

Verum cum de loco reponendi eas in diversas iactur sententias, tandem in Bibliothecas, hand insolito veteribus more, ut reponcrentur, usque dum Principi aliud placuerit, majoribus obtinuit votis.

#### PROFESSIONES.

Cum ex praescripto memorati Principis, Clarissimus Vir Dn. M. Ioannes Henricus Tensor Physices Professor Ordinarius et Paedagogiarcha, Theologicae professionis subiret provinciam, illamque submisse susciperet, factum ut Pr. Non. Maii, inauguralis orationis loco, illud, de insidiis, quas Diabolus variis illicitis divinationum modis humauo generi struit, cayendis, thema assumpserit, ac de hoc verba fecerit.

Huic in vacante professione Physics successit Clarissimus Vir Dn. M. Petrus Haberkorn, qui non tantum ex recepto in Academiis more inaugurem super illo: An ex Astrorum positu praesagiri possit bellorum eventus, Regni huius vel illius Exordium, Religionis immutatio, Reipublicae devastatio, Regum et Magnatum ultima fata, qualia hodie multos praesignificare ex constellationibus constet? XVII. Calend. Maii habuit orationem; sed etiam in Consistorio solennia praestitit, et statutis subscrispsit.

Idem fecit Clarissimus Vir Dn. Ieremias Causenius I. U. D. et philosophiae practicae Professor Ordinarius: cui licet praeterito anno per Principe dicta professio (translato Clarissimo Viro Dn. D. Iohanne Kornmanno, Syndico, ex Philosophica ad Iuridicam Facultatem) assignata erat, factum tamen, ut ex Principali Clementia, Spirac aliquan | din moraretur, Orationemque suam inaugurem de Necessariis hominis politici studiis, experientia et qualitatibus, III. Id. Novemb. primum diceret, praestitis paulo ante in Consistorio solennibus, et statutorum Academicorum subscriptione.

#### HONORES.

Quoniam digna vox est Maiestate regnantis: virtutum praemia merentibus tribui convenit; ideo rarissimo ac insolito exemplo, duo diversi, separatis vicibus, pro impo nenda Doctorali infula, hoc anno celebrati fuere Actus. Unum IX. Cal. Iunii rexit Clarissimus et Consultissimus Vir Dn. Iohannes Breidenbachius I. U. D. et Cod. Professor, promovendo et proclaimando in U. I. D. Clarissimos Viros

Dn. Conradum Balthasarem Piochtelium Ambergensem Palatinum

et

Dn. Henricum Dieterichs Hannovera Brunswigum.

Alteri, eodem die celebrato praefuit Clarissimus et Experientissimus Vir, Dn. Iacobus Mullerus Med. Doct. eiusdem et Mathes. Profess. publicus, promovendo in Medic. Doctorem Clariss. Virum

Dn. Iohannem Stumpf Alsfeldia Hassum.

Non hic honorum titulis contenta fuit alta petens virtus: rumpit moras, novaque dignitatum, Promotoribus, Viris Clarissimis, Consultissimo et Experientissimo, Dn. Iusto Sinolt, cognomento Schrift I. U. D. Pand. Profess. ut et Dn. Iohanne Kempfio Med. Doct. et Profess. publico, subsequentibus Viris Clarissimis:

Dn. Ioan. Cothmanno Lemgoiensi Westphalo,

Dn. Ioanni Beffet Statbergensi Westphalo,

Dn. Thomas Rienten Schneider Treiseni Hasso,

Dn. Thedoro Christophoro Goclenio Badinga-Isenburgico,

Dn. Georgio Valentino Ebell, Giseusii Hasso,

Illis tribus prioribus in Iure: His duobus posterioribus in Medicina, VIII. id. Sept.,  
accumulat praemia.

Vol. 33. b.

Non minor artium liberalium ac Philosophiac Candidatis hoc anno tributus fuit honos, quando Praeside et Promotore Viro Clarissimo Dn. Casparo Ebelio mox in principio et rursus in fine anni, primum XIIIX: post XXIII. Eruditissimis Viris juvenib[us] Virtutis et exantlati laboris imposita fuerunt insignia.

#### GRATIAE.

Miserae condicionis personarum, viduarum scilicet et Orphanorum, cum in quavis Republica bene constituta, rationem habere conveniat, non minus pientissimo quam laudabili et Clementissimo afflatu Celsissimus Princeps noster ac Dn. Dn. GEORGIVS HASSIAE LANDGRAVIUS etc. nominis et vitae integritate Clarissimam viduam Helvicianam, largissimo debitae pecuniae munere, donavit, reliquis detrahi et ad accepta in rationibus Academicis transferri voluit.

Eandem, praevia principali, Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Dn. Dn. IOHANNIS CASIMIRI Saxonie etc. Ducis intercessione, a praedicto Principe, obtinuit gratiam, illaesa fama cornucans vidua Finckiana, ita, ut instar coeterarum Acad. iurisdictioni subditarum Viduarum, omnibus privilegiis, immunitatibus et beneficiis gaudeat et fruatur.

#### STUDIA.

Adiuvandus cum sit potius literarum currens stadium studiosus, non absterrendus, ac nimio librorum precio gravans | dus principali rescripto iniunctum, huic loci Typographos advocare, iniquitatem in taxandis libris demonstrare, carpere, novam super omnibus Marpurgi excusis libris, exhibito ad hoc Deputarum Professorum auxilio,

Vol. 34. a.

Taxam designare ad servandam illam Typographos data fidei et religionis dextra, remittere, deque omnibus relationem ad aulam transmittere: quibus ut a deputatis paritum: ita quoque totum Taxae negotium, una cum Consistorii Decreto, debito modo ad Principem transmissum est.

Ne etiam Francofurti ad Moenum serpens Pestilentiae malum nostras turbet Musas, prudenti Consilio Senatus Academicus cavit, ut publico Programmate Civibus quoque Academicis, migrationibus, itinereque Francofurtum versus interdicatur: quod ipsum IV. Id. Septemb. affixum, omnibus patuit.

#### DISCIPLINA.

Debacchationes et Pinalismos (uti vocant) corruptelam esse optimae legibus adornatae Reipublicae literariae, aliquoties deprehendimus: quibus, ut in tempore obviam eatur, iteratis Illustrissimus Princeps vicibus, severo mandavit, iuxta statutorum Academicorum rigorem eiusmodi delicta publice inhibere, transgredientes debito modo punire, disciplinamque Academicam sartam teetam conservare. Cum igitur HENRICUS HORSTMAN HAUSBERGA MINDANUS ex studioso sobrio, modesto, pacifico, sedulo, factus sit debacchator, turbo, rixator, digladiator, desca et otiosus, ita, ut ob haec delicta aliquoties carceris, exclusionis v. [sic!] et relegationis comminatione solum perculsus fuerit, nec emendationis vitae ulla superesset spes, datamque verbis literis et dextra fidem previsset, factum, ut variis rixis, digladiationibus et provocationibus, non solum interfuerit, sed et ipse aluerit: in tantum, ut sine status et conditionis Studiosorum Theologiae, Iuris et Philosophiae respectu, modo hunc modo illum offendicerit, Vol. 31. b. irritarit, armis invaserit, factious auxerit, atrocibus calamitiis, contumeliaque affecerit, idque omne ad insaniam usque se inebrando: unde nihil quam turbae, et tumultus expectandi erant. Quamobrem cum haec delicta varie in vulgo nota fuerint, VI. Id. August. numero civium nostrorum, quo aliis sit exemplo, eum exclusimus et relegavimus.

#### OECONOMICA.

Non satis esse animadvertisit Princeps noster Clementissimus, docentes et discentes in hac Academia, suo bene fungi officio, sed et oportere, ut sustentandi media, et rationes rite servantur [sic!] nihilque quod ad eius incrementum vergat, negligatur. Propterea ipsius Celsitudo XXII. Aug. hunc in finem clementissime deputavit Nobilissimum et Amplissimum Virum Anthonium Wolffium à Zobtenwatt Iuris-Consult. Comit. Palat. Caesar. ac Cancellarium: Clarissimos itidem et spectabiles Viros Sigfridum Happelium I. U. D. Ioannem Iacobum Gantbē, Philippum Ludovicum Fabricium I. U. L. Consiliarios: et Iohannem Daniel Wizelium Scribam Provincialem, qui, sumpto ad manus statutorum libro, titulos, bonorum Academiae administrationem concernentes, articulatum relegerunt, singulorum observantiam percunctati sunt, neglectaque Recessibus, uti vocant, anniversariis inseri curarunt.

#### AEDILITAS.

Haec cum hactenus Oeconomati adhacisset, clementi Principis rescripto in

futurum assignata est praedicto Dn. Iacobo Müllero Med. D. eiusdem et Mathes. Profess. qui etiam hoc sedilitatis officium lubens suscepit; non tamen ob pecuniae defectum de futuris damnis se cavere posse aut velle, addidit.

#### HISTORICA.

Fol. 35. a.

Hoc ipso anno, IV. Non. Iunii, cum Illustrissimus ac Celsissimus Princeps ac Dn. Dn. PHILIPPUS HASSIAE LANDGRAVIUS, Comes in Catzenelenbogen, Dietz, Ziegenhain et Nidda etc. Dominus noster Clementissimus, secundas, cum Illustrissima ac Celsissima Principe ac Domina, Domina CHRISTINA SOPHIA Comite ac Domina Frisiae Orient. Domina Eseni, Stedesdorff ac Witmunt, Domina nostra Clementissima, Aurici in Orientali Frisia, auguste celebraret, Academia Marpurg. non solum de his, sed et de felicissimo in Hassiam reditu, V. Calend. Iulii, debitae observantiae et honoris ergo, Elegias Gratulatorias interprete Clarissimo et Excellentissimo Viro Dn. M. Conrado Bachmanno Poeseos Professore publico, animo humilimo scripsit et obtulit.

Non minorem, DEO TER OPT. MAX. auspice, conjugii fructum naetus est Illustrissimus ac Celsissimus Princeps ac Dn. Dn. GEORGIVS HASSIAE LANDGRAVIUS, Comes in Catzenelenbogen etc. Dn. noster Clementissimus, quando in ipso SS. Angelorum festo, secundo Genitum Generosissimum ac Illustrissimum Filium GEORGIVM Hassiae Landgrav. etc. primum amplexus est et salutavit. Quam ipsam largam Dei benedictionem, ut submisso animi culti venerata est Academia, ita quoque carmen Genethliacum humiliter obtulit, cuius

Vox Academiae est, Bachmanni et lingua Poetæ.

#### FUNERA.

Illi felicitatem sunt adepti, quibus honestissimus vitae finis contigit, et quibus datum est, ut eorum vita feliciter acta, pariter et finita censeatur.

Inter hos primus omnium repertus Nobilis, Amplissimus et Clarissimus Vir Dn. IOHANNES GOEDDAEUS Iuris Consultus eminentissimus, diversorum Germaniae Principum Consiliarius meritissimus, ac Pandectarum in hac Academia Professor memoratissimus. Is cum ab anno 1594 lura publica summa cum sedilitate et laude, Fol. 35. b. uti muti (!) ab eo relieti consiliari (libri sc. et scripta ip publicum edita) attestantur, professus fuerit, tandem novennali tactus paralyai, sub novi anni auspicio, funestrum [sic!] præsagieni Rectoratum, 5. Ianuarii, aetatis suea Anno 76, vitam edidit. Itum exequias magno Patrum, Studiosorum et Civium concursu. Sepultus est III. Id. Ianuar. in PAROCHIALI huius urbis templo.

Ab huius obitu vicinas fortunata Mors VI. Id. Mart. properavit aedes, exhaeredemque honestam Viduam Catharinam Lersnerianam, ex præclara Lersneriorum familia ortam, vitae fecit, postquam sex annos a morte mariti, Viri Clarissimi Dn. Catharini Dulcis, Cod. dulcis quondam Exoticarum linguarum Profess. hue usque in viduatu vitam peregrisset solitariam. Deductum funus Id. Mart.

Descensum hinc appropans Mors fecit ad alteram, Viduam itidem honestissimam, Künigundam Nigidianam, patre Viro strenuo et militari Henrico Hesen Capitaneo:

Illustrissimi ac Celsissimi Herois ac Domini Philippi Hassiae Landgravii de anno 1529 hujsusque filii Wilhelmi de Anno 1560. 3. Et Illustrissimi ac Celsissimi Principis GEORGII iam dum viventis expressa confirmatione. 4. Et immemoriali huins observantia. 5. ut et aliarum Germaniae Academiarum exemplo, hanc immunitatem et libertatem deducerent et probarent, Domini Consiliarii omnia Illustrissimo fideliter se narraturos pollicentes, eos dimiserunt: Exinde Domino Procancellario D. Neseno domum abeunte, Rector in negotiis Celsitudinis propriis manere jussus est. Post aliquot dies Celsitudo ipsius abituro Clementissime mandat, ut Professoribus omnibus et singulis gratiam et salutem annunciet, et quod ipsi nunquam in mentem venerit, quicquam vel facere vel permittere, quod vel honori Professorum, vel Privilegiis Academise detraheret, et ut in causa praesenti Professores essent quieti; Nam Celsitudinem ipsius Marpurgum venturam, talem finem ipsi imposituram esse, ut Professores non habereant, de quo conquererentur: Sed cum Illustriss. aliis gravioribus negotiis publicis impediretur, haec tenus Professores jure suo et immunitate et huins quasi possessione usi sunt.

Hinc alia difficultas die 25. Augosti successit, cum enim Magnus Olaus Astrophorus Succus, Georgium Sonnenfjchein gladio punctim ita aggressus fuerat, ut intra paucas horas animam exhalaret, Occisor vero aufngerat, Domini Consiliarii ab initio Rectoris arbitrio reliquerunt, num velit nomine Academiae, ministris suis ad inquirendum, in aedibus etiam Academicorum, deputatis aliquem adjungere, cui Rector annuens, ministrum publicum misit: Sed Domini Consiliarii sententia mutata admittere noluerunt, et a Rectore per Secretarium Malcomesium postularunt, ut Rector omnibus civibus Academicis mandaret, ne ministris scrutinibus aedes et Musaea impeditamento, sed adjumento essent, Rector hoc facere recusavit, Esse enim contra Privilegia, 2. contra notissimam observantiam, 3. aequitatem quae non patitur, ut Academia propter factum alterius, libertate sua privetur 4. Obtulit se autem ad adjungendum aliquem, quem Fol. 53. b. si non admitterent, se vereri, ut studiosi | admittant caeteros, Illustrissimi esse Academiam, ejusque jurisdictionem aequae ac urbicam et sic Celsitudini eius nihil decidere, nos aequae ministros ipsius esse, et hoc tantum ad tumultum praecavendum facere: Et cum instanter precaretur, ne hoc in praejudicium Academiae fieret, Secretarius autem pro certe affirmaret, esse conclusum, quod remoto adjuncto, perscrutatio fieri deberet, Rector rem indigne ferens, ait se tumultum timere, et si Domini Consiliarii in hac sententia persistere velint, tunc magno numero opus esse. Post toti Consistorio et Senati hae retulit, qui probarunt et in Dicasterium Du. Doctorem Kornmannum et Du. Doctorem Causenium, ad jura et observantiam in hoc casu remonstrandum et ne quid contra fieret petendum ablegarunt, Interim omnes et singuli Professores, ut aedes clausas tenerent, nec quenquam qui perscrutari velit, intromitterent, familiis suis praeceperant: Rumore de aedibus contra voluntatem Professorum introeundis per urbem sparso, studiosi plurimi ad aedes defendendas se praepararunt, ita ut facile tumultus exoriri potuisset nisi DEUS avertisset. Domini Consiliarii se excusarunt nec hoc in mandatis Secretario dedisce asseverarunt, et quod perscrutatio hac in causa tanquam supervacua plane omitti deberet significarunt, dicunt quidem sed certo haec tenus non constat, nec enim propter absentiam Illustriss. certitudinem habere potuimus, Dominos

Consiliarios hanc causam ad Illustrissimum nostrum detulisse et responsum accepisse: Si talis in posterum accidat casus, quo periculum in mora non esset, tunc prius communicandum esse cum Rectore, hujusque adjumento esse inquirendum, Si vero periculum in mora esset, tunc per cives armatos aedes Academicorum posse circumdedi, Sed sine Rectoris scientia et adjunctione personae Academicae, illas introiri non debere.

Die 27. Augusti ipsem Praetor Doctor Thomas Niemensd̄neiber petiit, ut tres studiosos Lucanum, Felicem et Scheiblerum ad dicendum testimonium in causa homicidii supra memorati, ad se mitteret, Rector respondit in literis esse petendum, quod si factum esset, sese declarare velle: Petitione ergo in literis facta studiosi a Rectore | ad Fol. 54. a. Praetorem missi sunt, cum responso itidem in scriptis dato, quod scilicet pro hac vice ad petitionem ipsius, cum expressa protestatione de non praejudicando privilegiis et observantiae et de non trahendo in consequentiam, hoc fiat. Hoc antem ideo factum est, quia ex annalibus et actis nostris constat, uniformiter observatum non fuisse, quandoque enim ab ipso Iudice criminali citati et evocati fuerunt cives Academicci, ad testimonium in causis criminalibus dicendum, quandoque a Rectore missi, quandoque ab ipso Rectore ad subsidiales examinati inveniuntur.

Henricus Günther Colonus Academiae in Grünberg Novarcae et patribus item super bonis Academicis movit et postquam ab Academia die 4. Februarii, sententia in possessorio publicata esset, Cancellarium adivit, ibique ius sibi diu petiit, nos intercedentes nobis tantum de bonis Academicis ius dicendi potestatem esse contendimus, Causa ergo coram Rectore et Domino Praefecto Grunbergensi Friderico Lisen amicabiliter composita est.

Eodem tempore Rector cum Syndico Academiae et Praedicto Domino praefecto controversiam quae inter Colonas Academiae in monte S. Viti ober Beigberg et incolas illius pagi super impensis militaribus fuit, sopita est, ita ut Coloni certam partem couerrent, et contra rustici ipsis retribuerent, si damnum aliquod a militibus paterentur, salvis tamen immunitatibus Academiae et ipsorum colonorum in caeteris. Sic cum Andreas Ludwig et ejus frater super bonis academicis, privignos suos in Cancellaria convenienter, Academia rursus intercessit et causam ad se pertinere contendit, eamque die 28. Sept. per sententiam definitivam diremit.

#### MUTATIO PROFESSORUM ET PRAECEPTORUM CLASSICORUM.

Mense Mayo Illustrissimus ac Celsissimus Princeps noster virum Clarissimum et experientissimum Dn. Iohannem Rempf Medicinae Doctorem et professorem, ad aulam pro Archiatro clementissime vocavit, ita tamen, ut nomen dignitatem et jura professorum Fol. 54. b. in hac Academia salve retineret, publice legere et disputare posset, pro salario autem annuo Viginti florenos e Fisco Academicō acciperet. In huius locum Illustrissimo nostro Principi, a Rectore et Professoribus nominatus et praesentatus est, Clarissimus et experientissimus vir Dn. Iohannes Moltherus Medicinae D. in cuius personam Celsitudo eius, clementissime quidem consensit, ipse vero propter aetatem iam ingravescensem et quod ipai difficile videretur, Reversales ut vocant, dare, et juramentum Religionis praestare, se excusavit.

Illustrissimi ac Celsissimi Herois ac Domini Philippi Hassiae Landgravii de anno 1529 hujusque filii Wilhelmi de Anno 1560. 3. Et Illustrissimi ac Celsissimi Principis GEORGII iam dum viventis expressa confirmatione. 4. Et immemoriali huius observantia. 5. ut et aliarum Germaniae Academiarum exemplo, hanc immunitatem et libertatem deducerent et probarent, Domini Consiliarii omnia Illustrissimo fideliter se narraturos pollicentes, eos dimiserunt: Exinde Domino Procancellario D. Neseno domum abeunte, Rector in negotiis Celsitudinis propriis manere jussus est. Post aliquot dies Celsitudo ipsius abituro Clementissime mandat, ut Professoribus omnibus et singulis gratiam et salutem annunciet, et quod ipsi nunquam in mentem venerit, quicquam vel facere vel permittere, quod vel houori Professorum, vel Privilegiis Academiae detraheret, et ut in causa praesenti Professores essent quieti; Nam Celsitudinem ipsius Marpurgam venturam, talem finem ipsi imposituram esse, ut Professores non haberent, de quo conquererentur: Sed cum Illustriss. aliis gravioribus negotiis publicis impediretur, hactenus Professores jure suo et immunitate et huius quasi possessione usi sunt.

Hinc alia difficultas die 25. Augusti successit, cum enim Magnus Olaus Astrophorus Suecus, Georgium Sonnenfhein gladio punctum ita aggressus fuerat, ut intra paucas horas animam exhalaret, Occisor vero aufugerat, Domini Consiliarii ab initio Rectoris arbitrio reliquerunt, num velit nomine Academise, ministris suis ad inquirendam, in aedibus etiam Academicorum, deputatis aliquem adjungere, cui Rector annuens, ministerium publicum misit: Sed Domini Consiliarii sententia mutata admittere noluerunt, et a Rectori per Secretarium Malecomesium postularunt, ut Rector omnibus civibus Academicis mandaret, ne ministris scrutantibus aedes et Musaeum impedimento, sed adjumento essent, Rector hoc facere recusavit, Esse enim contra Privilegia, 2. contra notissimam observantiam, 3. acquitatem quae non patitur, ut Academia propter factum alterius, libertate sua privetur 4. Obtulit se autem ad adjungendum aliquem, quem Rel. 53. b. si non admitterent, se vereri, ut studiosi | admittant caeteros, Illustrissimi esse Academiam, ejusque jurisdictionem aequae ac urbicam et sic Celsitudini eius nihil decidere, nos aequae ministros ipsius esse, et hoc tantum ad tumultum praecavendum facere: Et cum instanter precartur, ne hoc in praejudicium Academiae fieret, Secretarius autem pro certe affirmaret, esse conclusum, quod remoto adjuncto, perscrutatio fieri deberet, Rector rem indigne ferens, ait se tumultum timere, et si Domini Consiliarii in hac sententia persistere velint, tunc magno numero opus esse. Post toti Consistorio et Senatui hae retulit, qui probarunt et in Dicasterium Dn. Doctorem Kornmannum et Dn. Doctorem Causenium, ad jura et observantiam in hoc casu remonstrandum et ne quid contra fieret petendum ablegarunt, Interim omnes et singuli Professores, ut aedes clausas tenerent, nec quenquam qui perscrutari velit, intromitterent, familiis suis praeceperunt: Rumore de aedibus contra voluntatem Professorum introcundis per urbem sparso, studiosi plurimi ad aedes defendendas se praepararunt, ita ut facile tumultus exoriri potuisset nisi DEUS avertisset. Domini Consiliarii se excusarunt nec hoc in mandatis Secretario dedisse asseverarunt, et quod perscrutatio hac in causa tanquam supervacua plane omitti deberet significarunt, dicunt quidem sed certo hactenus non constat, nec enim propter absconiam Illustriss. certitudinem habere potuimus, Dominos

Consiliarios hanc causam ad Illustrissimum nostrum detulisse et responsum accepisse: Si talis in posterum accidat casus, quo periculum in mora non esset, tunc prius communicandum esse cum Rectori, hujusque adjumento esse inquirendum, Si vero periculum in mora esset, tunc per cives armatos aedes Academicorum posse circumdedi, Sed sine Rectoris scientia et adjunctione personac Academicae, illas introiri non debere.

Die 27. Augusti ipsem Praetor Doctor Thomas Niemenschneiber petuit, ut tres studiosos Lucanum, Felicem et Scheiblerum ad dicendum testimonium in causa homicidii supra memorati, ad se mitteret, Rector respondit in literis eis petendum, quod si factum esset, sese declarare velle: Petitione ergo in literis facta studiosi a Rectori | ad Fol. 54. a. Praetorem missi sunt, cum responso itidem in scriptis dato, quod scilicet pro hac vice ad petitionem ipsius, cum expressa protestatione de non praejudicando privilegiis et observantiae et de non trahendo in consequentiam, hoc fiat. Hoc antem ideo factum est, quia ex annalibus et actis nostris constat, uniformiter observatum non fuisse, quandoque enim ab ipso Iudice criminali citati et evocati fuerunt cives Academicci, ad testimonium in causis criminalibus dicendum, quandoque a Rectori missi, quandoque ab ipso Rectori ad subsidiales examinati inveniuntur.

Henricus Günther Colonus Academiae in Grünberg Novercae et fabribus item super bonis Academicis movit et postquam ab Academia die 4. Februarii, scutchia in possessorio publicata esset, Cancellariam adivit, ibique ius sibi diu petuit, nos intercedentes nobis tantum de bonis Academicis ius dicendi potestatem esse contendimus, Causa ergo coram Rectori et Domino Praefecto Grunbergensi Friderico Lüthen amicabiliter composita est.

Eodem tempore Rector cum Syndico Academiae et Praedicto Domino praefecto controversiam quae inter Colonas Academiae in monte S. Viti ober Beßberg et incolas illius pagi super impensis militaribus fuit, sopita est, ita ut Coloni certam partem concurrerent, et contra rustici ipsius retribuerent, si damnum aliquod a militibus patrentur, salvis tamen immunitatibus Academiae et ipsorum colonorum in caeteris. Sic cum Andreas Lubtwig et ejus frater super bonis academicis, privignos suos in Cancellaria convenienter, Academia rursus intercessit et causam ad se pertinere contendit, eamque die 28. Sept. per sententiam definitivam diremit.

#### MUTATIO PROFESSORUM ET PRAECEPTORUM CLASSICORUM.

Mense Mayo Illustrissimus ac Celsissimus Princeps noster virum Clarissimum et experientissimum Dn. Iohannem Kempf Medicinas Doctorem et professorem, ad aulam pro Archiatro clementissime vocavit, ita tamen, ut nomen dignitatem et jura professorum Fol. 54. b. in hac Academia salve retineret, publice legere et disputare posset, pro salario autem annuo Viginti florenos e Fisco Academicu aciperet. In huius locam Illustrissimo nostro Principi, a Rectori et Professoribus nominatus et praesentatus est, Clarissimus et experientissimus vir Dn. Iohannes Moltherus Medicinac D. in cuius personam Celsitudo eius, clementissime quidem consensit, ipse vero propter aetatem iam ingravescentem et quod ipsi difficile videretur, Reversales ut vocant, dare, et juramentum Religionis praestare, se excusavit.

Cum M. Philippus Richardus Gualterus Praeceptor classicus ad Parochiam in Beifern vocatus descederet, eius in locum Iohannes Erich Giessensis suffectus est, et die II. Septembris in Consistorio juramentum praestit ac Reversales super synceritate Religionis exhibuit.

Sic et ad finem huius anni M. Conradus Bachmannus junior officium suum, quo hactenus in Paedagogio functus fuit, resignavit.

#### OECONOMICA.

Illustrissimus ac Celsissimus Princeps noster Clementissime admonuit, ne frumenta intempestive et viliore precio venderentur.

Rationes redditum ab Oeconomio et Praefectis die 29. Maii redditae sunt. Cum Praefectus in Calberm et Marpurg Iacobus Bonader peste correptus obiisset, eius in locum a Rectore et Professoribus, prout statuto volunt, M. Iohannes Philippus Rafemait substitutus est, qui die II. Decemb. in Consistorio fidelitatem juravit et cautionem fideiussoriam, ante finem huius praestitum se promisit.

#### ANNALES seu libri RECTORALES.

Cum ab aliquot annis necque notabilia quae contigerant, neque nomina studiosorum Fol. 55. a. his inscripta essent, Illustrissimus et Celsissimus Princeps diversis vicibus sub poena praeceperit, ut completerentur, cui Professores, qui munus Rectoratus gesserant, humilime obediverunt, ita ut non tantum Volumen tertium impletum sit, verum etiam quartum inceptum.

#### EDICTA.

Cum male feriati non tantum extra sed et intra civitatem bombardas exploderent, id publice sub gravissima poena prohibitum est. Cumque novi Oenopolae studiosis nimis leviter vinum credere viderentur, Edictum propositum germanice excusum, quo omnes cives cuiuscunq; conditionis essent, admoniti fuere, ne praeter necessitatem studiosis facile crederent, secus Rectorem potentibus credita, officium denegaturum esse.

#### DISPUTATIONES et ORATIONES INAVGURALES.

Publice solenniter pro bono Professionis Physices auspicio, Giessae in auditorio quondam Iureconsultorum magno de bono Princepe contra Machiavellum, peroravit M. Conradus Schragmüller Grünstadensis.

In SS. Theologia, pro gradu Doctorali hoc anno Giessae in templo disputationarunt duo Candidati:

M. Ertwinus Zur Woungh Osnabrugensis et praedictus

M. Conradus Schragmüller Grünstadensis.

Pro summis autem honoribus in jure hoc anno sex Candidati Disputationes, ut vocant, inaugurales habuerunt.

Iohannes Kolbius Weilburgensis Nassovius.	Henricus Gerlacius Giessensis.
---	--------------------------------

Carolus Arndt Mariaebergia Brunsvicensis.	Iohannes Iacobus Weissenbach Nassovius
---	--

David Bestell Mindanus Westph.	designatus Professor Heidelbergensis,
--------------------------------	---------------------------------------

Marius Pensin Hamburgensis.	
-----------------------------	--

quinque priores Giessae, Sextus vero hic Marpurgi.

## PROMOTIONES.

Fol. 55. b.

Videbatur propter Martis furorem et Pestis tyrannidem actum esse de studiis et honoribus eorum, sed immensa DEI bonitas Celsissimum Principem nostrum singularem quasi literatorum Maeccenatem dedit, qui non tantum Academiam e loco contagioso et periculoso, in purum et securum foralitium nempe Giessennum recepit, sed et nihil intermisit, quo affectionem nunquam satis laudatam erga literatos ostenderet, multis modis promotionem Doctoalem clementissime juvit et ornavit.

Die enim 24. Martii duobus Candidatis Theologiae

Ertwino Zur Wohnung Osnabrugensi Ecclesiastae Darmbstadino.

et Conrado Schragmüllern Grunstadensi Physices Professori ordinario viris excellentissimis in Theologis summos honores, quos vocant Doctorales: Vir Admodum Reverendus et Clarissimus Dominus Iohannes Steuberns SS. Theologiae Doctor et Professor, stipendiariorum Ephorus et ad Divam Elisabetham Pastor contulit.

Eosdem quoque in jure Clarissimus et consultissimus vir Dominus Iohannes Breidenbach U. I. D. et Professor Codicis pub. ac Consiliarius Darmbstadinus viris decem praestantissimis impertivit, nempe:

Iohanni Gualthero Hirsfeldensi Hasso  
Philippo Ladovico Fabricio Birsteinenfi  
M. Gregorio Tülsnero Lipsiensi Misnico  
Iohanni Iacobo Kolbio Weilburgo Nassau-  
vico, qui quatuor a Consiliis Illustrissimi  
nostrri sunt,  
Georgio Danieli Schandani Giessensi Haseo

Georgio Danielli Obell Giessensi Hasso  
Erico Gravio Marpurgensi  
Davidi Boßeln Mindensi Westphalo  
Marco Pensin Hamburgensi et  
Georgio Henrico Gerlaco Marpurgensi  
Hasso.

Actus sane splendidus et Illustris, non tam propter multitudinem et praestantiam Fol. 56. a.  
Candidatorum, sed et loci spectatorum, aliorumque accidentium, qualem nec Marpurgum  
nec Giessa unquam vidit: Celebratus est enim in conclavi quod olim Iureconsultorum  
fuit Acroaterium, sed ad hunc actum jussu Illustrissimi splendide instructum et ornatum  
fuit, Celsissimus Princeps cum Illustrissima conjugi Elconora Sophia Ducissa Saxoniae  
et Nobilissimis ac Amplissimis Consiliariis et Gynaeceo a principio usque ad finem  
actui interfuit, Princeps dextram, Principissa Sinistram partem Conclavis occupat,  
Rector et Professores in medio sedere.

Potestatem honores conferendi, non a ProCancellario Academiae, prout alias in  
absentia Principis fieri solet, sed recta ab ipsius Celsitudine antequam Candidati  
procumbebant, Promotores petiere, quibus Amplissimus et Consultissimus vir Anthonius  
Nessenus U. I. D. et Professor ac ProCancellarius Academiae a sinistro Principis stans  
latere, Celsitudinis ipsius nomine, petitam facultatem secundum privilegia Caesares  
concessit: Ad prandium maxima ex parte Illustrissimi munificentia et sumptibus  
paratum, Celsibudo ipsius venisset, nisi infirmitas corporis obstitisset, Adfuerunt autem  
Consiliarii et inter hos Strenuus et Nobilissimus Dominus Cano Quirinus Schütz ab  
Holzhausen Mareschallus et Dominus Anthonius Wolff a Todenwart Cancellarius aliquique-  
lli duo mandatu et nomine Illustrissimi Academiac et promotis Doctoribus gratulantur

et de principali favore certos reddunt, ac pocula duo satis magna inaurata, cum inscriptione ad perpetuam rei memoriam offerunt et Rectori et Procancellario Academiae praebibunt.

### NUPTIAE.

Inter laeta et festivitates nuptiales primo loco referendum puto rem novam et non novam: Ecce enim Illustrissimi instinetu, Cognatorum hortatu vir Nobilis et Amplissimus HERMANNUS VULTEIUS Iurisconsultus per orbem terrarum celeberrimus, quoniam cum Adelheida Happeliana 53 annos in matrimonio felicissime sine querela vixit, annum Jubilaeum instituit, quem ita celebravit, ut in Nuptiis Neptis suae Domino D. Pichtelio nuptiae die 28. Aprilis cum nominata uxore ad Altare accederet, in genua procumberet, DEO T. OPT. MAX. Verba Domino D. Feurbornio praelegantem, pro omnibus beneficiis gratias ageret et de futuro rogaret, Et tanquam sponsus cum Sponsa, quae tamen nova non fuit, ad festivitatem deductus est: Die sequenti RECTOR et Professores, nec non Dominus Praeses et Consiliarii, praedictum Dn. Vultejum in Auditorium Iuridicum, solenni processione deducunt, ibique per Rethorem, Clarissimum et Consultissimum virum Dominum Theodorum Höpping U. I. D. et oratoriis Professorum gratulati sunt, quae oratio, ut et Programma a Rectore praemissum et carmina typis excusa extant. Simile ante hunc nulli Professori felicitatis exemplum contigit, det DEUS ut plures sequantur.

Alius primus qui hoc anno Academiam ad festivitatem nuptialem invitavit, fuit vir prae tantissimus Dominus M. Christophorus Tonser Praeceptor Classicus, quam cum virgine Dorothea Domini M. Aegidii Schrödtis filia die 17. Februar. Marpurgi celebravit.

Eadem festivitatem die 20. Aprilis celebravit Lichae, Emanuell Goelenius, viri quondam Clarissimi Rudolphi Goelenii Professoris et Philosophi celeberrimi filius, cum Maria Iulianna Dn. M. Christiani Ludovici Consiliarii quondam Solmensis filia. Post nuptias contraxit et publice celebravit Marpurgi 28. Aprilis vir Clarissimus et Consultissimus Dominus Conradus Balthasar Pichtelius Ambergensis U. I. D. cum castissima virgine Christina Adelheida Freundin praedicti viri Nobilis Domini Hermanni Vultei filia Nepte,

Die 5. Maii sequitur Reverendus et doctissimus Dominus M. Martinus Erythro-pilus, cum virgine pudicissima Anna Ursula viri admodum Reverendi et Clarissimi Domini Iohannis Steuberi SS. Theologiae D. et Professoris filia.

His successit vir admodum Reverendus et Clarissimus Dominus Iohannes Conradus Schragmüller (qui duxit viri admodum Reverendi et Clarissimi Domini M. Christophori Scheibleri Superintendentis Tremoniensis filiam Barbaram Catharinam lectissimam, Nuptias autem Tremoniae celebravit die 19. Maii) SS. Theol. D. et Physices Professor.

Die 16. Iunii filia Domini Doctoris Mentzeri beatae memoriae Margaretha Domini M. Martini Helvici vidua, nupsit Domino Ertwino zur Wöhrgung SS. Theologiae Doctori.

Ad nuptias suas quoque invitavit Academiam Balthasar Gerlach Academiae praefectus redditum Giessenus, quas cum virgine Anna Sigefridi Dieteridis Consulis Wetzlaricensis filia celebravit ad diem 21. Iulii.

## DISCIPLINA.

Secundum statuta et morem receptum Calendis Iulii leges Academiac publice in Iurisconsultorum Auditorio repetitae et paelectae fuerunt, et post Domini Professores Domini Consiliarii Senatores aliquae Principis Officiales prandio excepti sunt. Interim Stalbürger patricius Francofurtanus convivium pennale, Vulgo pennalfchmaul contra Legum, eodem die lectarum prohibitionem, studiosis dedit, ideoque in Consistorio tacite relegatus, sed ad intercessionem patris sui ac aliorum poena, in carcere poenam mutata fuit.

Cum vero Otto Mülfort Hamburgensis saepissime contra leges peccasset, et in aedibus Rectoris cum populari suo Freitag manus conseruisset, die sequenti contra prohibitionem speciale, duellum iniisset, ante aedes Rectoris Freitagum multis convitiis et vociferationibus exagitasset, cum bombarda et gladio per plateas | cucurisset fol. 57. b. admonitionem et dehortationem Rectoris, susque deque habuisset, et hunc non levi injuria affecisset, unanimi omnium Professorum exceptis Rectore et ProCancellario, illo quia laesus, hoc quia hospes, secundum Statuta abscedentibus, publice relegatus est, relegatione typis impressa in patriam mittenda.

## CAEDES.

Magnus Olaus Astrophorus Suecus Medicinae studiosus die 24. Augusti circa horam decimam Georgium Sonnenchein Tremonensem SS. Theologiae studiosum inerme non procul a coemiterio ante aedes Andreeae Meulers, non alia de causa occidit, quam quod semel vel bis clamaverit, hi duo ante funestum hunc actum, familiares et boni amici fuerunt, Suecus occisor statim aufngit, vulneratus circa tertiam matutinam, postquam animam DEO servatori suo commendaverat, expiravit, DEUS in posterum ab ejusmodi funestis casibus Academiam benigne custodiat.

## FUNERA.

Iohanni Helvico, viri Clarissimi et experientissimi Domini Iohannis Rempfen Medicinae Doctoris et Professoris filiolo ante aliquot dies in hunc mundum edito, justa persolvimus Giessae 10. Martii.

Hunc sequitur 16. Martii Balthasar, viri admodum Reverendi et Clarissimi Domini Menoni Hannekenii SS. Theologiae Doctoris et Professoris filiolus cuius corpuseulum die 18. ejusdem Giessae terrae mandavimus, qui natus fuit 23. die Octobris anni proxime praeteriti.

Dic ultimo Iulii Hermannus Vultejus Iurisconsultus celeberimus | lumen hujus fol. 58. a. Academiae Clarissimum annum aetatis 79 agens, postquam paucos dies decubuissest, animam DEO reddidit et in templo acidis teutonicae die 5. Augusti, cum magna pompa et processione numerosa sepultus est, in cuius honorem per aliquot septimanias Professores lugubria vestimenta gesserunt.

Dic 27. Augusti Georgii Sonnenchein Tremonensis SS. Theologiae studiosi a Magno Olao Astrophoro Sueco interficti corpus ad sepulturam diduximus.

Dic 2. Septemb. Hermannus Gottlieb juvenis praestantis ingenii, viri Consultissimi

Domini Doctoris Hieronymi Cottici filius Domini Hermanni Vultei e filia Nepos diuturno morbo extinctus et die 5. ejusdem sepulturae traditus est.

#### HISTORICA.

Non est huins loci quicquam de bello truculentissime ultra 14 annos fortuna ambigua inter ligam Catholicam et Evangelicos quosdam status gesto commemorare, vel cladem illam ab Evangelicis prope Nordlingam acceptam, referre, vel mala, quae inde patriae nostrae accidere, narrare. Ea enim omnia vel tanta sunt, ut describi non possint, imo non satis deplorari. Tanta saevitia in propriae religionis Principes et subditos, tanta effrenis militum licentia fuit, quanta nec apud Ethnicos vel Barbaros unquam tolerata legitur, solatum fidei humanae vinculum, fides exulare jussa fuit, ut non immerito propter magnitudinem vitiorum bellum magnum sit appellandum. De eo legat qui velit Historicos et relationes historiarum ordinarias: Hoc tantum notatu mihi dignum visum est, quod DEUS T. O. M. inter medios exercitus, qui nihil hostilitatis quidem praeferebant, sed tamen amicitiae officia non praestabant, Academiam hanc et  
 Fol. 58. b. sine dubio propter lacum totam urbem clementissime ab occupatione, incursu et hospitatione militum conservavit, cuius tamen rei causam post DEI misericordiam, Illustrissimi nostri Principis circumspectae prudentiae et devotissimae pietati, adscribendam esse omnes boni fatentur, omnes enim actiones et consilia ad exemplum parentis Domini LUDOVICI, ob id fidelis dicti Landgravii Hassiae beatissimae memoriae, ad gloriam DEI, propagationem verae Religionis et aureum pacis bonum direxit, credens unam pacem innumeris triumphis potiorem, et hanc certam, sperata Victoria meliorem esse, in nullius partis castra transire, nullum foedus inire vel ulli auxilium ferre voluit, summum tamen caput a DEO ordinatum S. Caesaream Majestatem debita veneratione extra belli causam respexit. Nam ante, in et post conventum Lipsiensem et foedus Heilbrunnense non tantum blande invitatus sed et minis atrocibus et quidem hostilitatis inductione, in praedictum foedus, ut coiret interpellatus, rem totam DEO commisit, jejunis et solemnibus precibus indictis conventus Consiliariorum, statuum provincialium et Professorum coegit, causa pie et sobrie deliberata, Neutralitas, ut retineretur nec in ullius partes iretur semper conclusum fuit, rationes eius rei plurimae et urgentissimae fuerunt, quae tamen mihi reticenda: Ne tamen, ut comminati erant, hostilitatem Evangelici exercearent, per Legatos eam magna vi pecuniae et frumenti Francfurti redemit. Ego, qui his negotiis, legationibus et Consiliis, licet indignus, interfui Principis constantiam, candorem, dexteritatem prudentiam, amorem patriae et studium pacis sapientius miratus fui:  
 Fol. 59. a. Nihil intermisit, nullis laboribus et impensis pepercit, nullo periculo, nullo timore perterritus fuit, quo minus pacis negotium pro posse promovere studuerit. Bis in Saxoniam in persona in Saxoniam prefectus, prout et post cladem Nordlinganam hoc iter suscepit nullas largitiones intermisit, quo patriae salus redimeretur, singulare quoque gratia a DEO donatus, ut id efficere posse videatur, de quo Reges desperasse videntur in quo negotio adhuc occupatus est. DEUM oramus, ut conatum Ducis pium, in solarium patriae rrinam minantis fortunet, nec quin misericordia ejus demum moveri velit non dubitamus, immortalem vero laudem quin Celsitudo eius apud posteritatem sit habitura, nemo negabit, quin et bene-

dictionem divinam expertura sit. Beati enim pacifici, quia filii DEI nominabuntur. In hoc quoque Celsitudo singularem a DEO gratiam experta est, quod prudentissimos et piissimos Consiliarios nacta sit, qui in eodem pacis negotio indefessi hactenus, corpus et bona pro eo ponunt, inter quos merito nomine virum Nobilissimum Dominum Anthonium Wolffium a Zobewart Consiliarium et Cancellarium omni laude dignum.

Iustus Sinolt cognomento Schütz U. I. D.

Fol. 59. b.  
vac.

(1635).

Anno Domini nostri Iesu Christi

Fol. 60. a.

MDCXXXV.

Kalendas Ianuarii unanimi Professorum consensu Rector Academia Marpurgensis electus et proclamatus est

IACOBUS MÜLLER,  
Med. Doctor, eiusdem et Mathematum Professor Ordin.

Decani huius Anni fuerant

In Facultate Theologica D. D. Meno Hannekenius, In Iuridica D. D. Iohannes Breitenbach, In Medica D. D. Nicolaus Brann, In Philosophica D. M. Theod. Vietor.

(*Reliqua desunt.*)

Fol. 60. b.  
— 67. vac.

(1636).

Quod felix et faustum sit, et Academiae nostrae fructuosum et salutare.

Fol. 68. a.

Anno, a nato Christo, redemptore nostro unico,

M.DC.XXVI.

Communibus et consentientibus omnium Dominorum Professorum votis et suffragiis, Rector electus et publice renunciatus fuit,

CASPARUS EBELIUS  
Logicae et primae philosophiae Professor ordinarius.

Decani fuerant

In facultate Theologica, Dn. D. Iustus Feurbornius.

In Iuridica, Dn. D. Iustus Sinolt, cognomento Sđniš.

In Medica, Dn. D. Iacobus Müller.

In Philosophica Dn. M. Conradus Bachmannus.

NOTATU DIGNA QUAE SUB HOC RECTORATU CONTIGERUNT.

STATUS ACADEMIAE.

Quod hanc concernit, potuisset equidem, ut pluribus praecedentibus, ita hoc quoque anno Academia nostra consueta sua tranquillitate frui, nisi fatales illae

Germaniae nostrae calamitates, et per quatuor ferme annorum lustra continuati bellici tumultus eandem turbassent. Cum miles Caesareus, urbem Hanoviam, Duce Lambojo, diurna obsidione ad deditioem pene coegeret, initio mensis Iunii hujus anni, Wilhelmus Hassiae Lantgravius et Leslaeus, Succiei in Westphalia exercitus generalis, conjunctis viribus eandem diurna illa obsidione liberare constituerunt, ut quoque factum. Transeuntes itaque per nostram hanc Regionem, omnia quae attigerunt loca

Fol. 68. b. | barbara quadam crudelitate tractabant, et praeterea ipse Lslacae Scotus impossibilia nobis imperans, per minas et exactiones militares extorquere nitebatur duoenta florenorum millia, totidem libras panis, quinquaginta Cerevisiae et decem vini culeos, tuber, quibus minis et periculis aliqui nostratium permoti relicta Marpурgo, 29. Iunii Giessam (quam tamen et hi facile sese expugnatos somniabant et minabantur) tanquam ad locum tutiorem migrabant. De his plura videri possunt in actis Rectoralibus adjuncta copia Protocolli Num. 1. Idem contigit sub finem anni, cum idem periculum a Bannerio, reliqui Suecici exercitus Campi Mareschallo, nobis imminere videretur, qui post pugnam ad Witstochein IV. Octobr. hujus anni commissam, Misnia subacta, per Thuringiam cum exercitu in Hassiam inferiorem Cassellas usque penetravit, quod tamen Dei T. O. M. providentia, illum ad expugnationem Torgae, Lipsiaeque ferventissimam licet, irritam tamen oppugnationem, retrahente, evanuit. Auxit tumultus hos miles praesidiarius, quem illustrissimus noster Princeps, pro majori securitate et tutela urbis hujus, immiserat, eique tanquam supremum locum tenentem Nobilem Rudolphum von Binaw praefeccerat, qui, cum contra clementissimam illustrissimi Principis voluntatem, praesidiariorum nequitiae, si non faveret, saltem conniveret, aut forte literatis, ut plerumque genus illud Galeatorum leporum consuevit, infensor esset, saepius studiosos inter et milites, ejusmodi rixae et contentiones exortae, modo his, modo illis vulnera inflixerunt, nullius tamen vitac periculo, ut ita, Deo sit laus et  
Fol. 68. a. gloria, inter tot adversitates et discrimina | totus hic annus, sine caede et homicidio praeterierit. In omnibus autem his singularis Illustrissimi ac Celsissimi nostri Principis, et paterna providentia enituit, qui non tantum severo mandato, ad praedictum illum Praefectum praesidii, transmisso, ulteriore militum petulantiam cobibuit, verum etiam mature satis, et quidem circa medium mensis Maji, eceptra Academica, cum omni reliqua ejusdem supellectile, Giessam, tanquam in locum ab improvisis hostiis insultibus magis securum et immunem, transferri jussit, ut et hoc fusius supra dicta copia Protocolli Num. 2. docet.

#### Privilegia Academica.

Ut haec quoque in tanto armorum strepitu salva et sarta esse possent, omni cura vigilandum fuit, utpote quibus a malevolis (his enim tum forte commodus videbatur in aqua turbida piscatus) non uno modo insidiae struciae furcunt. XXVI. Iunii, cum D. Tilemannus aliquot salaries ex inferiore Hassia, in arcem introduxisset, ut inde quae in ea tanquam loco tuiore deposuerat, aveherent, praetextu nescio cuius vane praesumptae proditionis, praedictus praefectus arcis von Binaw, et hos, et illum arresto in arce, et quidem sub militum custodia, detinuit, nec Pedellum, pro liberatione

D. Tilemanni ad eum missum, audire voluit. Re itaque per Academiam ad ill. nostr. Principem delata, ulterior illius rei, et exactior inquisitio Domino Sigefr. Happelio commissa fuit, ex qua, cum Ill. ipsius Celsitudo omnia vana percipisset, pristinae libertati omnes arresto detentos restituit. Circa finem Iulii d. 30. iudicium | Ill. nostri Fol. 69. b. Principis criminale per literas num [sic!] a me petuit, ut studiosum quendam, Leonhardum Lauterbach, ipsis examinandum (in causa enim criminali testis nominatus fuerat) mitterem. Cum autem literae illae jus aliquod quae situm p[ro]ae se ferre viderentur, respondi in arbitrio Rectoris et Academiac positum esse, vel mittere studiosum vel per Acad. Syndicum, aut Notarium ipsum examinare: Quo igitur h[ab]et libertas salva et integra maneat, petere me, ut Praeses judicij vel Praetor scripto caveat, ne hoc in consequentiam trahatur, et sic deinceps in praejudicium Academicæ libertatis vergat: vel articulos interrogatorios ipse mittat, juxta quos ab Academ. examinari debeat. Cal. Aug. scriba illius judicij Peter Braun, reversus, indicavit mihi, Praetorem D. Riemenschneider nec scripto cavere, nec articulos mittere velle, quia id quod petit, non petat ut Praetor: respondi ego, hoc nihil ad rem facere, si ille neutrum ex duobus illis eligere velit, nec me studiosum examinandum missuram: Ille: Ergo, se rem ad Consiliarios Ill. nostri delaturam: Ego: per me id ei integrum esse, faciat, quando et quoties velit, nec enim illos me jura Academicæ tueri, prohiberre, vel prohibitorum esse. Sie dimissus, demum, fracta Praetoris pertinacia, 13<sup>a</sup> Augusti rediit, articulosque interrogatorios offerens, petuit studiosum praenominatum, mediante juramento, examinari, quod a Syndico Dn. D. Kornmanno, 15<sup>a</sup> hujus in Consistorio Academicō factum, et attestata Praetori transmissa. Consul civitatis homo equidem non malus, at plebeji magis quam politici ingenui, cum Senatu aliquoties hoc anno idem attentavit, in primis XIX. Octobr., qua ex decreto Ill. nostri militem praesidiarium cives sustentare tenebantur: hic praetenso illo decreto | quo nemo omnium, ut illi somniabant, ab onere illo Fol. 70. a. immunis esse juberetur, Academicos in communionem oneris illius militaris trahere conabantur, eaque de causa duos ex ordine suo ad me alegabant, petentes ut nomine Academicæ aliquem illis adjungerem, qui habitaculis militum designandis deputati essent, ne quis Academicorum deinceps de illato sibi gravamine conqueri possit. Respondi, de decreto Ill. nostri mihi nihil constare, si id in Originali monstrarent, visurum me quid sit e re Academicæ. Videatur plenus appendix Num. 3.

#### Officia Academicæ.

Cum primariatus in facultate juridica, a discessu Domini D. Hunnii ViceCancellarii vacaret, peculiari Ill. nostri rescripto, ad Dn. ViceCancellarium D. Antonium Nesenum devolutus fuit, et eodem rescripto Dn. D. Iusto Sieold Schüzen stipendum Professionis: auctum, ut indicant literae N. 3. Eadem ratione Dn. D. Hartmanno Braun Medico, rude donato et emerito, propter labores extraordinarios, cum Medicinae studiosis suscipiendo addebantur p. t. 25. floreni per lit. Num. 12. Cumque praeter praedictum Dn. D. Braun, Professorem emeritum, et D. Iacobum Müllerum, negotiis Ill. nostri, ratione aedilitatis fere semper occupatum nullus alius Professor Medicus superesset, Ill. noster ad Acad. bis scripsit, ut indicant lit. N. 11 et 13, quo in ordinem Medicorum

Fol. 70. b. cooptandae personae habiles et idoneae ipsius Cels. nominarentur, quibus in Consistorio lectis, conclusum fuit, ut ad D. Helwigum Dietericum, antehac III. nostri, nunc temporis Electoris Brandenburgie Archiatrum, et fratrem meum D. Georg. Valent. Ebells | Phys. Wormatiensem Ord. scriberetur, an praemissa vocatione sequi et provinciam hanc in se suscipere velint? Cumque modeste, gravibus ex causis recusarent, ad Academias Wittenb. et Argentorat. eadem de causa scriptum fuit, ut docent literae Acad. N. — XXIX. Februarii duo Praeceptores Classici M. Melchior Ebells, et M. Ioh. Daniel Arcularius juramentum praestiterunt, et 19. seq. literas reversales tradiderunt. Taedium enim Burkardo Lotzio officium ministri Academic publici, quem Pedellum vocant, quod vacufactum libello supplici petierat, commissum fuit, 20. Ianuarii.

#### Disputationes Graduale.

In Facultate Iuridica pro gradu D. disputationarunt Seqq.: 1. Conradus Schnelle Bremensis Saxo, de Austregis VI. Id. Martii. 2. Hermannus Georgius Goclenius Marpurgensis XVII. Martii positiones miscellaneas ex jure universo. 3. Conradus Lonicerus Horvordia Westphalus, Iunii XXI. de beneficio Inventarii. 4. Iohan Cöppen Servesta Anhaltinus XXVI. Iulii pro defensione C. Raynntius X. de Testam. 5. Christianus Friderich Lignicensis Silesius mens. Nov. de Legatorum sanctitate et inviolabilitate. In Facultate Medica. 1. Iohannes Tilemannus Wertheimensis Francus, de natura et cura Pestis. XIIIX. Februar. 2. Iohan. Wilhelmus Stephani Gleibergensis Nassovius, Mense Martio de convulsione proprie dicta. Cum enim oratio publica in Natalem Academiae quotannis a Professore publico, juxta seriem Facultatum habenda, aliquot annis omissa fuisset, decretum fuit in Consistorio 6. Maji ut Oratoriae Prof. Dn. M. Ioh. Balthasar Schupflus, initium illius rei rursus faceret, cui deinceps reliqui juxta Fol. 71. a. praedictam seriem succederent, qui etiam li- banter id munera in se suscepit, quod tamen postmodum ob praedictos motus et tumultus bellicos, nolens volens intermisit.

#### Promotiones.

Sterilior quodammodo fuit hic annus ob saepe dictus tumultus, nec nisi unica promocio Doctoralis habita fuit in Facultate Medica XXIII. Februarii, qua Dn. D. Iacobus Müllerus, honores illos contulit praedicto Iohanni Tilemanno Med. Licentiatu. In Facultate Philosophica etiam tredecim studiosi philosophiae pro consequendo Magisterii gradu disputationes habuerant, sed iidem motus bellici actum Promotionis ad Mensem Martium Anni sequentis 1637 differre jusserunt.

#### Nuptiae.

Nuptias celebrarunt 1. Nobiliss. Dn. Cancellarius D. Antonius Wolff a Todenwart etc. cum Nobilissima Virgine Sophia a Baumbach, Nobiliss. et strenui Dn. Erasmi a Baumbach Gubernatoris Giesensis etc. filia VI. Martii, in arce Marpurgensi, praesentibus Principibus Illustrissimis Domino Georgio, Domino Philippo, Dn. Iohanne, Hassiae Landgraviis etc. Quibus pompa et solennitate maxima peractis, omnes Professores Academicci, XI. Februarii ab ipso III. nostro Principe invitati, interfuerunt, et postmodum

VII. Martii quatuor pocula argentea inaurata eidem Domino Sponso obtulerunt. Primum nomine totius Senatus Academicus a Rectore oblatum fuit, cuius valor erat 122<sup>3/4</sup> thal. Imp. Secundum obtulit Facultas Theologica, 60 Thalerorum. Tertium Facultas Iuridica, totidem. Et quartum Facultas Medica et Philosophica junctim 70 thal. imperialium. VI. Martii in arce peracta copulatio. VII. celebratae nuptiae, et munera oblata, nomine Imperatoris, Regis Hungariae, Electorum, Moguntini, Coloniensis, Saxonis, aliorumque Principum etc. IIX Convivium repetitum, et Comoedia, Fol. 71. b. de Comite Gleicheni Bigamo, a Paedagogicis habita, solennitatibus his finem imposuerunt. 2. praedictus D. Iohannes Tilemannus cum Christina Schmittin, reicta vidua aedilis Illustrissimi nostri, Christophori Schmitts 22. Febr. Marpurgi. 3. Dominus M. Iohan Balthasar Schupflus, Prof. Oratoriae cum lectissima virgine Anna Elisabetha, celeberrimi quondam Theologi, Dn. D. Christophori Helvici filia, itidem hic Marpurgi, VII. Idus Maji. 4. Dominus M. Ioh. Hieronymus Frech Praeceptor Classicus, cum casta virgine, Margretha, Domini Gerhardi zur Trost, Pastoris Lützelindani, filia, Stauffenbergk X. Octobris. 5. M. Nicolaus Lantz itidem Praeceptor Classicus, cum pudicissima virgine Anna Dorothea, Domini Henrici Happelii, Consulis quondam Kirchhainensis, filia, Kirchainae XXIII. octobr. Praeterea XXIIII. Februarii, in arce hic institutus fuit actus baptismalis, ab III. nostro Principe, filiolae nuper natae, qui peractus quoque fuit a Concionatore Aulico Dn. D. Haberkorn, et filiae impositum nomine Loysae Christinae. Cumque ad actum hunc, ut et solenne Principale convivium, pridie ejus diei, ab ill. nostro Principe Rector et trium superiorum Facultatum Professores invitati fuissimus, etiam omnes interfuiamus. 29. seq. ad convivium repetitam, rursus quidem invitati fuimus, sed plerique mansimus domi. VII. Aug. institutus fuit actus baptismalis conversi Iudaei, ad quem ille inter reliquos susceptores ult. Iulii quoque rogaverat Academiam, quae ipsius petitioni etiam per Rectorem et Vice | Can-  
cellarium satisfecit, eique imposuit nomen Iohannis Christophori. De hoc actu et contentione de praecedentia Rectori et Academiae a Praeside Wolff Wolf von Garben etc. et reliquis Dicasterii Principalis Consiliariis, 6. et 7. Augusti mota, videatur appendix N. 4.

#### Funera. .

Nec haec tristissimis his temporibus Academiae nostrae defuerunt. I. Andreas Meusel Norimbergensis, Legum studiosus, XIX. Februarii, peste extinctus et XXI. sepultus fuit. II. Marcellus Oliva Parisiensis, Gallicae linguae Professor ordinarius, ipsa Senectute ad capulum deducente, XXIV. Martii pie et placide in Domino obdormivit, cuius cadaver XXVII. ejusdem terrae mandatum fuit. III. Filia Clarissimi quondam Iurisconsulti, Domini Iohannis Goeddae, Margaretha, D. Henrici Worthen, Dicasterii Hassiaci Superioris Assessoris, reicta vidua, XVI. Iulii vitam cum morte commutavit, et XX. ejusdem sepulturae tradita fuit. IV. Henricus von Trepwigh Medicinae D. et Practicus hic loci experientissimus, diarrhaea tentatus, valetudine in dies remittente, IV. Septembris pie et placide extremum diem clausit, et VI. ejusdem corpus sepulchro illatum. V. Anna Hedwigis von Liebenthal Amplissimi Iurisconsulti, Dn. Christiani vonn Liebenthal Com. Pal. Caes. et Consil. Darmstatini uxor, morbo

lienis, totas XI. hebdomadas durante, absente Domino Marito, XXIX. Octobris e vivorum contubernio sublata, ejusque corpus postridie Cal. Novembr. terrae, communi omnium matri commissum fuit. VI. Balthasar loachimus Zebnerus Mainungensis LL. studiosus, peste correptus, et IIX. Nov. extinctus, IX. ejusdem humatus fuit. VII.  
 Fol. 72. b. Amplissimus Iurisconsultus Dn. D. Helfricus | Gerlacus, Consiliarius Hassiacus et Dicasterii per totas XXXII. annos Assessor, quem hydrops XIV. Nov. mundo huic valedicere jussit, cuius corpori XVI. ejusdem justa persolvimus. IIX. Conradus Pincier I. U. D. et Advocatus, et ipse immundum hunc mundum deseruit XVII. Decembris, et XIX. ejusdem corporis exuvias sepulchro donavimus.

#### Disciplina.

Ut perniciosissimum Pennalismi crimen, communi Academiarum, saltem plurium, consensu, funditus tandem tollatur, penitusque profligetur, etiam aliorum exemplo, nostra Academia ex consensu et voluntate Illustrissimi nostri Principis, ut docent literae N. —— consensum suum literis ad Acad. Wittenbergensem exaratis N. —— expressit, et inter socias illas vel confoederatas Academias nomen suum professa est, quo effectu dies, actaque Rectoralia subsequentia docebunt. Ad tranquillitatem Academiae nostrae conservandam et confirmandam, LL. praelectio instituta publice fuit in auditorio Iurisconsultorum ad Lanum, et quidem XIX. Iulii, quia, ne Cal. Iulii, more recepto, eadem institucretur, supradicti tumultus bellici, multorumque Dn. Professorum ex illis nata absentia impedimentum objecerant. Cum Iohannes Georgius Lorenius Saracontanus, ob stuprum, cum filia Matthaei Pfaffentrots vulgo Strabat, civis Marpurgensis, commissum, arresto bis repetito constrictus, clam discessit, ad Cal. Novembribus ad dicendam causam, publice, programmate ad valvas templi affixo, citatus fuit, sub  
 Fol. 73. b. poena ejusmodi violatoribus debita, quae tamen | intercedente Dn. M. Ioh. Schlossero, Pastore illius loci, multaeque solutionem et alia debita per literas perscriptus et ult. Octobr. oblatas, offerte dilata fuit XXX. Octobr. publicum programma quoque affixum fuit, studiosisque sub poena gravissima mandatum, ut ab omni militum praesidiariorum injuria sibi caverent, sicut ex sua parte omnibus anterioribus cum milite Praesidiario rixis et tumultibus ansam praeciderent. Cum quoque anno precedente 1635 Lanistae, Valentini Coburgeni, praelusor, Vorfechter, Werner Sack ob commisum delictum, e numero Academicorum usque dum mores corrigeret et emendaret, exclusus fuisset, XIV. Septembribus hujus anni 1636, cum morum emendatio animadvertisetur, majoremque in dies ille sancta fide promitteret, communi consensu receptus fuit.

#### Oeconomica.

Cum praefectus Grunbergensis cautionem suam nondum obtulisset, VI. Ianuarii per Oeconomum Academiae, ut sine alteriori procrastinatione id fieret, eidem mandavi, quod ipsum quoque factum, et cautio XV. ejusdem exhibita, et Dn. Syndico, D. Kornmanno tradita fuit, aliaque praestanda praestita. Praefecto Nasemanno, ut et viduae Bonackeri tum ult. Maji tum 26. Iulii et 12. Augusti mandatum, ut cum omnibus Dn. Professoribus de datis et acceptis conferrent, omniaque sua debita residua vel liquida

redderent, vel solverent, ne inde non multo post futuris rationibus Academicis impedimentum objiceret, quod se facturos data dextera promiserunt.

#### Donata.

Experientissimus Vir Dominus Huldricus Streiter Med. D. et | Practicus Spirensis, fol. 73. b. testamento, Academiae nostrae, suam Bibliothecam (ut Dn. Anthonius Velsteinius Spira perscripsit ad Rev. Dn. nostrum D. Hannekenium) instructissimam legavit, illudque testamentum morte testatoris confirmatum fuit, de traditione, quando et quomodo futura sit, sequentia acta forsitan aliquando docebunt.

#### Comitia.

Cum ob ardua quadam negotia, Ill. nostro Principi, aliquorum statum conventus necessarius videretur, eundem ad XXX. Nov. Giessae instituit, et nomine Academiae eo mitti jussit, ex Professorum numero duos Iuris et negotiorum Imperii gnos et expertos, quare communis suffragio eo deputati fuere Dominus ViceCancellarius D. Nesenus et Dominus Syndicus D. Kornmannus, qui etiam XXIX ejusdem Marpurga Giessam abierunt, illique consultationi interfuerunt, ut acta docent.

#### Numerus studiosorum hoc anno receptorum.

Pauci hi sunt, si cum praecedentibus aliquibus annis collatio instituatur, sed nihil mirum in tanta rerum omnium perturbatione, communique totius Europae calamitate. Nomina autem eorum sunt, quae seqvuntur:

Philippus Casimirus Steitzer Butzbacensis.	Georgius Hermannus Weigandi Parthenheimianus.
11. Ian.	4. Maii.
Andreas Meussel Norimbergensis.	Iustus Schäfferus Saxenhusa Waldeccus.
Iohannes Petrus Rappius Rebacensis	31. Maii.
Francus.	Baltholdus [sic!] von Gehren Rostochiensis.
Iohannes Philippus Bersius Lintensis	15. Ian.
Austrius.	M. Iohan Daniel Horstius Gissensis.
Iohannes Philippus Bersius Lintensis	3. Aug.
Ernestus Brenderus Seipanus Altenkirchensis.	Petrus Wolfius I. U. D.
1. April.	9. Aug.
Sebastianus Schmitt Lamparthenio Alsatus.	Iohannes Christophorus.
10. April.	5. Sept.
fol. 74. a. M. Daniel Nessel Argentoratensis.	Philippus Reiser Ulrichsteinensis avimonanus.
12. Apr.	15. Sept.
Iohannes Georgius Horstius.	Werner Graf Vorfelder.
Iohannes Ostermannus Buchheimensis eod.	16. Sept.
Iohannes Christophorus Cobius Spirensis.	Georgius Wentenius Mixgo Berline Neo-Marchicus.
22. April.	29. Sept.
Iohannes Martinus Braumann Moano-Francofurtanus.	Iustus Mitzen Lauterbacensis Hassus.
30. April.	Cal.
Bernhardus Zellmann Mulhusinus eodem.	Oct.
	Iohan Jacob Steffan von Cronfältten Wormatiensis.
	14. Oct.

Instus Andreas Benn Corbacensis Waldecius  
17. Oct.  
Conradus Zysenius Lauco Waldecci. 20.  
Oct.  
Bartholomaeus Zysenius Lauco Waldecci.  
20. Oct.  
M. Ernestus Mylius Aconia Magdeburgicus.  
3. Nov.

Fridericus Ulricus Blum Wolfferbytanus.  
eod.  
Levin von Büntheim eod.  
Iustus Reich Hamelensis Brunswigus eod.  
Iustus Eberhard Reich, Wolfferbytanuseod.  
Iohannes Meelbaum Hannoveranus eod.  
Iohannes Evers Hannoveranus eod.

M. Caspar Ebelius Professor. sbsc.

Fol. 74. b.  
seq. vac.